¶ Libellus Sophistarum.



3

¶ Finit Sophistarum libellus ad usum Oxoniensiū feliciter



Anno 1497 ut videtur, vide librum posteriorem

¶ Libellus Sophistarum.



¶ Ad subtilissimoꝝ ingenioꝛum
Sophistas.

Subtile ingenium quod scire sophismata queris/
Iste sophistarũ cunctꝫ libellus habet.
Hunc quocũqꝫ tibi pꝛecio poscis angla iuuentus
Effugere vt fraudis verba queasqꝫ doli

Termini ex quibus integratur propositio / in grammatica dictiones nuncupantur.

¶ Terminoꝝ alius simplex. alius compositus. Terminus simplex est
nomen vel verbū vel aliqua pars orōnis ꝑ se posita. vt hō / animal / currit
legit. ⁊ hmōi. Terminus cōpositus est aggregatus ex pluribꝰ termīs
simplicibus. vt homo albus animal currens. ⁊ hmōi ¶ Itē terminoꝝ
cōpositoꝝ quidā est copulatus. ⁊ quidā est disiunctus. Terminus co-
pulatus est aggregatus ex pluribus termīs simplicibꝰ mediante nota
copulatiōis. vt homo ⁊ animal currit ⁊ legit. ⁊ hmōi. Terminꝰ disiūctꝰ
est aggregatus ex pluribꝰ termīs simplicibꝰ mediante nota disiūctōis
vt homo vel animal legit vel currit. ⁊ hmōi. ¶ Terminoꝝ simpliciū
quidā est catageromaticus. ⁊ quidā syncatageromaticus. Terminus
catageromaticꝰ est ille / qui de se vel ꝑ se sine alterius adiūctione aliqͥd
ꝓprie sigt vt noīa substantiua / ⁊ adiectiua neutri generis. Terminus
syncatageromaticꝰ est ille / qui cū alio termīo sumpto. ⁊ nō ꝑ se aliquid
ꝓprie sigt / sed consigt. vt noīa adiectiua masculini generis vel feminī.
¶ Termini substantiales sunt omnia noīa substantiua / preter nomina
officioꝝ vel consanguinitatis. ¶ Noīa officiorū sunt talia. vt episcopꝰ
faber / sutor / ⁊ similia. ¶ Noīa cōsanguinitatis sunt talia. vt mater / pa
ter / frater soror ⁊ similia. ¶ Sunt etiā termini substātiales omnia noīa
adiectiua ꝓprietates rerū signtia. ⁊ sunt talia vt risibile / qd sigt ꝓprie-
tatem homīs. Hinnibile / quod sigt ꝓprietatē equi. Rationale / qd sigt
ꝓprietatē hoīs ⁊ angeli. Irrationale / quod sigt ꝓprietatē bruti ⁊ ita de
hmōi. ¶ Quidā tn̄ termini ꝓprietates rerū signtes / sunt termini acci-
dentales. vt gressibile / volatile. Termini accidētales / sunt omnia noīa
adiectiua masculini vel femī generis / preter adiectiua ꝓprietates reꝝ
signtia. ⁊ preter tale participiū ens vel sibi cōsimile. quod ē terminꝰ sub
stantialis. ¶ Termini substantiales sunt illi / qui si semel dicant̄ de vna
re / reqͥrit̄ ꝙ sꝑ dicāt̄ de eadē re / dū illa res fuerit in reꝝ natura. vt homo
lapis. ¶ Termini accidētales sunt illi / qui licʒ semel dicant̄ de aliqua
re / nō requiritur ꝙ semꝑ dicātur de eadē re. dum illa res fuerit in rerū
natura vt albus niger. ¶ Terminꝰ supior est cōior termīo sibi inferiorī
vt est iste terminꝰ animal / respectu istiꝰ termini hō. qꝛ iste terminꝰ aīal
sigt oē illud qd sigt iste terminꝰ hō ⁊ plura vltra. ergo est supior / ⁊ iste
terminꝰ hō est inferior. qꝛ sigt aliqua que iste terminꝰ aīal sigt ⁊ nō oīa
ergo est inferior isto termino aīal. ¶ Terminꝰ cōuertibilis est iste / qui
sigt quicquid aliꝰ terminꝰ sigt. ⁊ ecōtra. vt ē de istis terminis hō ⁊ risi-
bile. ⁊ sic de aliīs. ¶ Termini disparati sunt illi qui oīno disparia hn̄t
sigta. vt sunt isti duo t̄mini / hō ⁊ asinꝰ / ⁊ sic de aliis ¶ Terminꝰ finitus
est terminꝰ simplex vel cōpositus sine aliqua negatōe p̄uia / ꝑ se positꝰ
vt hō / asinꝰ / niger ⁊ hmōi. ¶ Terminꝰ infinitꝰ est terminꝰ simplex vel
cōpositꝰ cū negatōne p̄uia. vt nō hō / nō aīal / nō niger / ⁊ hmōi. ¶ Ter-
minoꝝ simpliciū / aliud ē nomē / aliud ꝓnomē / aliud verbū. ⁊ sic de aliīs

Propositio est oratio indicatiua congrua/et pfecta/verum vel falsum significans.

¶ Propositionũ alia categorica/alia hypothetica. Propositio categorica est illa/que habet vnicũ subiectũ ⁊ vnicã copulã/⁊ vnicũ p̃dicatũ. vt homo est animal. Ly homo est subiectũ/ly animal est p̃dicatũ/ly est/ est copula. q: copulat subiectũ cum predicato. Et totũ illud qd̓ precedit principale verbũ in ꝓpõne categorica de inesse est subiectũ p̃ter signũ vniuersale vel ꝑticulare/dato ꝙ signũ vniuersale ⁊ ꝑticulare ibidẽ sint ¶ Signa vniuersalia sunt talia. vt Omnis/Nullus/Vterq;/ vnusquisq; quilibet/neuter ⁊ similia. ¶ Signa ꝑticularia sunt talia/vt Aliq̈s/q̈dã alter ⁊ vnus. ¶ Copula ꝓpõnis categorice est principale verbũ. ⁊ si vnicũ sit verbuz in ꝓpõne categorica/illud est principale verbũ. si xo plura sunt verba/illud verbũ qd̓ construit̃ cũ ãtecedẽte relatiui/est principale verbũ. Et illud qd̓ construit̃ cũ relatiuo/est secũdariũ. vt Homo currit qui loquit̃. currit est principale verbũ ⁊ nõ loquit̃ q: ꝯstruitur cũ relatiuo. ¶ Si aliquis rectus immediate sequit̃ principale verbũ ꝑ se iste rectus est p̃dicatũ. vt homo est aĩal/aĩal est p̃dicatũ. Et si sequatur rectus cũ quocũq; adiũcto/tũc totũ aggregatũ ex recto ⁊ adiũcto erit p̃dicatũ. vt hõ est currẽs in domo. hoc totũ currẽs in domo est p̃dicatũ Si nihil sequat̃ principale verbũ/tunc ꝑticipiũ verbi erit p̃dicatũ. Vt Deus est/ens est predicatũ. Si sequat̃ aduerbiũ vel obliqu⁹ ĩmediate post verbũ/participiũ cũ toto subsequẽte est p̃dicatũ. vt animal currẽs velociter in domo. currens velociter in domo est predicatũ. ¶ Item ꝓpositionũ categoricaꝝ/alia est affirmatiua/alia negatiua. ¶ Propositio affirmatiua est illa/ĩ qua principale verbũ affirmat̃. vt hõ est aĩal. ¶ Propositio negatiua est illa/in qua principale verbũ negat̃. vt Hõ nõ est aĩal. ita ꝙ negatio precedat totã ꝓpõnẽ vel ĩmediate ante principale verbũ ponat̃. vt exẽplificatũ est. vel q̃n sunt impares negatõnes vt Nõnullus hõ non currit. ¶ Item ꝓpositionum categoricaꝝ. alia vniuersalis/alia ꝑticularis. alia indiffinita. alia singularis ¶ Propõ vniuersalis est illa in qua subũcit̃ termin⁹ cõis signo vniuersali determinat⁹ vt oĩs hõ ẽ aĩal. Cuiuslibet hoĩs asin⁹ currit. ⁊ sic d̓ aliis obliq̈s ¶ Quodlibet nomẽ appellatiuũ ẽ termin⁹ cõis. ⁊ q̈dã ꝑticipia/ ⁊ q̈dã aduerbia sunt termini cões. vt qualiter/qualitercũq;. ⁊ sic de ceteris. ¶ Propõ ꝑticularis est illa/in q̃ subũcit̃ terminus cõis signo ꝑticulari determinat⁹. vt Aliquis hõ est aĩal. Alicui⁹ homis seruus est bonus. ⁊ sic de ceteris obliq̈s. ¶ Propõ indiffinita est illa in q̃ subĩcitur termin⁹ cõis sine signo. vt hõ currit. ¶ Propõ singularis est illa/ in qua subĩcit̃ termin⁹ discret⁹. vt Iste homo currit. vel sortes currit.

¶ Termini discreti sunt oĩa noĩa ꝓpria/ ⁊ ꝓnoĩa demonstratiua/⁊ aduerbia demõstratiua. Pronoĩa demõstratiua sunt illa. Ille Ipse Iste hic ⁊ Is. ¶ Aduerbia demonstratiua sunt illa/Illic istic ⁊ hmõi.

Que ca vel yp. qualis ne vel aff. v quãta par in sin.

¶ Ad questionẽ factã p que/respondendũ est Categorica vel hypotetica. Ad questionẽ factam p qualis/respondendũ est/ Affirmatiua vel negatiua. Ad questionem factam p quanta/respondendũ est Uniuersalis. Particularis. Indiffinita vel Singularis.

Dicto de ppositione categorica & de eius speciebus iam dicendũ est/quomodo ppositiones cathegorice contrariant & contradicũt sibinuicem/ & quomodo ppositiones categorice stent in figura


¶ Pro quo notandũ est q ppositio vniuersalis affirmatiua. & ppositio vniuersalis negatiua de omnino ɔsimilibus subiectis copulis & predicatis/& terminis pcise & p eisdem supponentibus/ sunt ppositiones contrarie. & cõtrarie stant in figura. ¶ Propositio vniuersalis affirmatiua/& ppõ particularis vel indiffinita negatiua de oĩno consimilibus subiectis copulis & pdicatis/& terminis precise & p eisdem supponentibus/sunt ppositiones contradictorie/& ɔtradictorie stant in figura.

¶ Propositio vniuersalis affirmatiua. & ppositio particularis vel indiffinita affirmatiua/de omnino ɔsimilibus subiectis & predicatis/ &c sunt ppositiones subalterne/& subalterne stant in figura

¶ Propõ particularis affirmatiua vel indiffinita affirmatiua/ & particularis negatiua/vel indiffinita negatiua/de omnino cõsimilib9 subiectis copulis & predicatis/& terminis precise & p eisdem supponẽtibus sunt ppões subcontrarie. & subcontrarie stant in figura.

¶ Item ppositio singularis affirmatiua/& ppõ singularis negatiua/ de omnino cõsimilibus subiectis copulis & predicatis & terminis pcise & p eisdem supponentibus/sunt ɔtradictorie. vbi subiecta & predicata sunt termini simplices & sic de huiusmodi. Et de istis ñ assignat locus in figura. sed solum sibĩuicem contradicunt.

Que vero contrariantur & contradicũt/ vel subcontrariantur/patent per figuram sequentem.



Lex ⁊ natura cōtrariarū talis est/ q̄ si vna sit vera/ reliqua erit falsa. in oib⁹ terminis substātialib⁹ ⁊ in p̄dicatione directa: Ut hic (si sit vera) Quilibet hō est aīal. hec est falsa. Nullus hō est aīal: Sed in terminis accidentalib⁹ ⁊ in predicatōe indirecta p̄nt simul esse false. Ut quilibet hō est albus. Nullus hō est albus. Oīe aīal est hō. ⁊ Nullū aīal est hō ¶ Predicatio directa est/ qñ terminus inferior est subiectū/ ⁊ termin⁹ supior est p̄dicatū. Et ecōtra in p̄dicatōe indirecta.

Lex ꝛ natura contradictoriarũ talis est/ ꝙ si vna sit vera/ reliq̃ erit falsa. in omnibus terminis ꝛ in oĩ predicatõe. vt si hec sit vera. Quilibet homo est animal. hec erit falsa quidã homo nõ est aial.

Lex ꝛ natura subalternarũ talis ẽ/ ꝙ si vniuersalis sit vera/ sua pticularis ꝛ indiffinita erit vera. in oĩbꝰ terminis ꝛ ĩ oĩ predicatõne. vt si hec sit vera. Quilibet hõ est animal. hec erit vera. quidã hõ est animal. Et si hec est vera Quilibet homo est albus. hec est vera quidã homo est albus. Sed ꝙuis particularis sit vera nõ tñ requiritur ꝙ sua vniuersalis sit vera. nisi in terminis substantialibꝰ ꝛ in p̄dicatõe directa. q꞉ ꝙuis hec sit vera. Quidã hõ currit. hec non erit vera. qlibet homo currit ꝛc

Lex ꝛ natura subcontrariarũ talis est/ ꝙ si vna sit vera/ reliqua erit falsa/ in terminis substantialibus ꝛ in predicatõe directa. vt si hec sit vera/ homo est aial. ergo hec est falsa. hõ nõ ẽ animal. Sed in terminis accidentalibus ꝛ in predicatione indirecta/ psũt simul esse vere. vt homo est albus. homo non est albꝰ. Animal currit/ animal non currit.

Equipollentia ẽ equiualentia duarũ ꝓpõnũ adinuicẽ ita ꝙ tãtũ valeat vna sicut ꝛ altera

Versus

¶ Pre contradic/ post cõtra pre/ postq꞉ subalter

¶ Pre contradic. hoc est quando negatio p̄ponitur totali ꝓpositioni/ facit illam equipollere illi propositioni que ante aduentum negationis fuit eius contradictoria. vt nõ omnis homo currit equipollet huic. Aliquid qđ ẽ homo nõ currit. ¶ Post cõtra. hoc ẽ quãdo negatio p̄ponit signo ꝛ subiecto ꝛ immediate ante principale verbũ facit illã eqpollere illi propositioni q̄ añ aduentũ negationis fuit eius cõtraria. vt Oĩs hõ non currit equipollet huic ꝓpositioni nihil qđ est homo currit.

¶ Pre postq꞉ subalter. hoc est quãdo negatio preponit ꝛ postponitur signo ꝛ subiecto facit illã equipollere huic ꝓpositioni q̃ ante aduentuꝫ negationũ fuit eius subalterna. vt non oĩs homo non currit: equipollet huic aliquid qđ est homo currit.

¶ Nota ꝙ omnes propositiones equipollentes sunt eiusdem qualitatis et quantitatis cuius sunt cum quibus equipollent. Qualitas propositionis est affirmatio vel negatio. Quantitas propositionis ẽ vniuersalitas particularitas indiffinitas ꝛ singularitas. ꝛc.

C Onuersio est quãdo de subiecto fit p̄dicatũ/ ⁊ ecõtra. vel cõuersio ẽ trãspositio termioꝝ

¶ Cõuersio dicit' trib⁹ modis.s.cõuersio simplex.⁊ cõuersio p accidens ⁊ cõuersio p cõtrapositionẽ.¶ Conuersio simplex est quando de subie/cto fit predicatũ ⁊ econtra manente eadem qualitate ⁊ quãtitate .vt homo ẽ animal.ergo aial ẽ homo.¶ Cõuersio per accidens ẽ qñ de subiecto fit predicatũ ⁊ ecõtra manente eadẽ qualitate sed mutata quãtitate vt ois hõ est animal.ergo quoddã animal est homo.nullũ animal ẽ se/dens.ergo quoddã sedens nõ est animal.¶ Conuersio per cõtrapositionẽ est quãdo de subiecto fit predicatum ⁊ ecõtra manẽte eadẽ quali/tate ⁊ quantitate sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos vt omnis homo est animal.ergo omne non animal est nõ homo. quoddaꝫ animal est asinus.ergo quidã nõ asinus est nõ aial.talis cõuersio nõ te/net in terminis transcendentibus.Termini trãscendẽtes sunt ens/res aliqd ⁊ vnũ.¶ Simpliciter feci cõuertitur eua pacci.Cati per contra sic fit conuersio tota.Ceto per contra.sic fit conuersio nulla. A notat vni/uersalem affirmatiuã. E notat vniuersalem negatiuam. I notat parti/cularẽ vel indiffinitam affirmatiuã. O notat particularẽ negatiuaꝫ

¶ Et sciendũ est ꝙ vniuersalis negatiua et particularis vel indiffini/ta debent conuerti simpliciter. Et vniuersalis negatiua ⁊ vniuersalis affirmatiua debent cõuerti per accidens. Uniuersalis affirmatiua ⁊ p/ticularis vel indiffinita affirmatiua debẽt conuerti per cõtrapositionẽ.

¶ Et nota quomodo debẽt cõuerti alique ꝓpositiões subsequentes. vt nulla dom⁹ facit hoieꝫ.ergo nullũ faciẽs hoieꝫ est dom⁹. Homo erit episcop⁹.ergo q̄ erit eps ẽ vel erit hõ.¶ Et cã ẽ quare sic cõuertũtur. qꝛ qñ termin⁹ cõis nõ distribut⁹ supponẽs respectu verbi de futuro/a parte subiecti supponit ꝓ suo sigto qd ẽ vel quod erit. Et respectu vbi de preterito supponit pro suo significato qd est vel qd fuit. Et respectu verbi de posse supponit pro suo significato qd est vel qd potest esse


¶ Sed si termin⁹ cõis distribut⁹ supponens respectu verbi de futuro a pte subiecti supponit ꝓ suo significato qd est ⁊ quod erit. Et respectu verbi de preterito a parte subiecti supponit pro suo significato qd est ⁊ qd fuit. Et respectu verbi ampliatiui supponit ꝓ suo significato qd est ⁊ quod potest esse.sed a parte predicati semper sequitur naturaꝫ verbi Et ideo oportet ꝙ termini consimiliter supponant in conuersa sicut in conuertente.¶ Prima propositio vocat' conuertens. Et secunda con/uersa.vt nullus puer fuit senex.ergo nullus preteritus senex ẽ nec fuit puer/vel sic nihil qd est senex est nec fuit puer. Nulla virgo erit corru/pta.ergo nullum futurũ corruptum est nec erit virgo.¶ Antichristus potest esse homo.ergo potest esse hõ est ⁊ põt esse Antichristus.⁊ sic de ꝓpositionibus de preterito ⁊ de futuro ⁊ de ampliatiuis ẽ negociandũ

¶ Nota q̃ si aliquis termin⁹ cōis generis restringit p adiectiuū ma-
sculini generis vel feminini incōuertēte sic&r in cōuersa d3 restringi.
Unde talis ꝓpositio. Nullus hō currit/ergo nullū qd currit ē aliqs hō
Nulla hō ē masculus/ergo nullus mascul⁹ ē aliqua hō/ ꝛ ita de hmōi
¶ Nota q̃ in omni cōuersione si cōuertens sit vera sua cōuersa erit ve
ra.tñ licet cōuersa sit vera nō oportet cōuertentē esse,veram vt patet in
conuersione per accidens.ꝛc̄.

¶ Propositionū cathegoricaꝝ/ Alia modalis/ alia

deinesse. ¶ Propositio deinesse ē qñ p̄dicatū inest subiecto sine mo-
do modali vt hō ē aīal. ¶ Propositio modolis ē qñ p̄dicatū inest subie
cto cū modo modali vt possibile ē hoiem currere. ¶ Et notandū est q̃
quattuor sunt modi faciētes ꝓpositionē eē modalē.s.possibile impossi
bile cōtingens ꝛ necessariū cū eoꝝ aduerbijs sc3 possibiliter impossibi/
ter cōtingenter ꝛ necessarie. ¶ Notandū q̃ hec est differētia inter pro
positiō3 necessariā ꝛ ꝓpositionē d̄ necessario. ¶ Propositio necessaria
est qñ p̄dicatū inest subiecto de necessitate/vt de⁹ est vel cui⁹ p rimari/
um significatū necesse est eē. ¶ Propositio de necessario est illa in qua
ponit talis termin⁹ necessariū vl necessario ante totā ꝓpositionē vt ne
cessario hō currit. ¶ Necessariū dicit duob⁹ modis.s.p se ꝛ p accidēs
Necessariū p se ē illud qd nō p̄t nec potuit nec poterit eē falsū.vt de⁹
est. Necessariū p accidēs est illud qd nō p̄t nec poterit esse falsum.po
tuit tñ fuisse falsū/vt hec aīa mea est. ¶ Similiter īpossibile dicit duo
bus modis.s.p se ꝛ p accidēs. Impossibile p se est illud qd nō p̄t nec
potuit nec poterit esse veꝝ.vt nullus deus est. Impossibile p accidens
est illud qd nō p̄t nec poterit esse veꝝ potuit tñ fuisse veꝝ.vt hec aima
mea nō est. ¶ Similiter cōtingēs dicit duobus modis.s.cōtingēs na
tū ꝛ cōtingēs ad vtrūlibet. Cōtingēs natū est illud cui⁹ altera ps cōtra
dictiōis vere cōtingit euenire a natura.vt hoiem canescere in senectu/
te sua.quod diuiditur in determinate veꝝ.ꝛ in determinate falsum. Et
illud vocatur determinate veꝝ qd ē veꝝ ꝓ aliq exñti ꝛ nō p̄t esse quin
est vel fuit veꝝ pro eodē exñti.vt ego sū/ego fui/sol orietur cras. Et il-
lud est determinate falsū qd est falsū ꝓ aliquo exñti ꝛ nō p̄t esse quin
est vel fuit falsū ꝓ eodē exñti. vt ego nō sedeo.ego nō sū.ꝛ talia dicun
tur cōtingentia nata/qr altera ps semp determinatur a natura. Cōtin-
gens ad vtrūlibet ē illud cui⁹ neutra ps determinatur a natura qd p̄t
indifferenter euenire/qd diuiditur indetermiuate veꝝ ꝛ in determinate
falsū. Indeterminate veꝝ ē illud qd ē veꝝ ꝓ aliquo exñti ꝛ p̄t esse qd
nec ē nec fuit veꝝ pro eodē exñti. vt ego currā/tu leges. Pōt eni esse q̃
nec ē veꝝ nec erit veꝝ.ꝛ sic de alijs. Indeterminate falsū est illud qd est
falsū pro aliquo exñti ꝛ p̄t esse qd nec est nec fuit falsū pro eodē exñti
ego nō curram.ego nō ero eps.qr si sint falsa sunt indeterminate falsa.
ꝛ ista dicuntur cōtingentia ad vtrūlibet. ¶ Sciendū est q̃ qlibet ꝓpo
sitio pticipās tali termino possibile vocatur ꝓpositio de possibili.ꝛ sic d̄

aliis terminis modalibus ẽ dicẽdũ. ¶ Sciẽdũ ẽ q regula de cõuersio- ne ⁊ de equipollentiis q̃ in propositionib⁹ de inesse obseruãtur habẽt obseruari in ꝓpositionibus modalibus. vt pꝫ in figura sequenti. Con- uersio tñ se tenebit ex pte dicti / modis nõ variatis in equipollentiis de bet negatio preponi dicto vel añ totã ꝓpositionẽ. Et dictũ propositiõis est accusatiuus casus cũ modo infinitiuo sequenti ⁊c̃.



A

Propositio hypotetica est illa que habet duas propositiões cathegoricas in se inclusas per aliquã notã hypotetice. ¶ Et nota q̃ quinq̃ sũt spẽs hypothetice. s. cõditiõalis. copulatiua. causalis. tẽporalis. et disiũctiua. ¶ Cõditiõalis est illa q̃ habet duas propõnes categoricas in se inclusas p hanc notã si. vt si tu es hõ tu es aial. et ẽ cõditiõalis bõa qñ sequẽs formaliter intelligit in antecedẽte. ¶ Et sciendũ ẽ q̃ ly tu es hõ ẽ añs qr illa ppositio q̃ imediate sequit istã notã si. ẽ añs et reliqua vero ẽ cñs ¶ Causalis ẽ illa q̃ habet duas ppõnes categoricas in se inclusas p hanc notã qr. vt quia tu es hõ. tu es aimal et ẽ causalis vera qñ primariũ significatũ antecedentis ẽ cã primarij sigti cñtis. ¶ Copulatiua ẽ illa q̃ habet duas ppõnes categoricas in se inclusas p hanc notã et. vt tu es hõ et tu es aial. et ẽ copulatiua vera qñ vtraq̃ ps eius ẽ vera. et ẽ falsa quando altera ps ẽ falsa ¶ Disiiunctiua ẽ illa q̃ hẽt duas ppõnes categoricas in se inclusas p hanc notã vel. vt tu es hõ vel tu es aial. Et ẽ disiũctiua vera qñ vna ps ẽ vera. et ẽ falsa qñ vtraq̃ ps ẽ falsa ¶ Tẽporalis est illa q̃ hz duas ppõnes categoricas i se inclusas p hãc notã dũ. vt dũ tu curris tu moueris. Et ẽ tẽporalis vera quãdo vtraq̃ ps eius ẽ vera et hoc pro eodẽ tpe. ¶ Et sciendũ ẽ q̃ nulla ppositio hypothetica est alicuius qualitatis nec quãtitatis. Quia nulla propositio hypothetica hẽt vnicũ subiectũ vnicũ pdicatũ nec vnicã copulã. qr quãtitas ppositionis habet attẽdi penes subiectũ. Et qualitas ppõnis hẽt attẽdi penes principale verbũ. iõ ppositio hypothetica nõ ẽ alicui⁹ qualitatis. nec quãtitatis. ¶ Omniũ vero illaꝝ ppositionum hypotheticaꝝ predictaꝝ cõtradictoria preterq̃ copulatiue et disiunctiue per vnã negatiõez totaliter ppositã generaliter danda sunt vt cõtradictoriũ istius. dum tu es hõ tu es aial. hoc ẽ nõ dũ tu es hõ tu es aial. et sic de aliis ẽ dicẽdum ¶ Cõtradictoriũ disiunctiue ẽ vna copulatiua facta ex oppositis ptiũ et ecõtra. de copulatis vt cõtradictoriũ istius. tu es hõ vel tu es animal. est tale. tu non es hõ et tu nõ es aial. Contradictoriũ copulatiue est vna disiunctiua facta ex oppositis partiũ vt cõtradictoriũ istius. tu es hõ et tu es aial. hoc est. tu nõ es homo vel tu nõ es aial etc.

¶ Ut dicit Boetius/ Argumentũ est ratio rei dubie faciens fidẽ et certitudinẽ de re dubia. ¶ Et sciendũ ẽ q̃ quattuor sunt spẽs argumẽti. s. enthymema. exemplũ. inductio. et syllogismus. Enthymema ẽ curtatus syllogismus habẽs vnã pmissã et vnã solã cõclusionẽ vt hõ currit ergo aial currit. Exẽplũ ẽ qñ vnũ sile probat per aliud sile vt sicut habet se rector in naui. sic se hz magister in scholis. qr rector in naui nõ eligit a sorte sed arte. sic magister in scholis nõ eligit sorte sed arte. ¶ Inductio est qñ vniuersale probat p sua singularia. vt Ille hõ currit/ et ille hõ currit. et illa. et sic de singulis. ergo oĩs homo currit

exempl[um]
induct[io]
silog[ismus]

¶ Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis τ cōcessis necesse est aliud euenire per ea que posita sunt τ concessa. ¶ Et sciendum est ꝙ oīs syllogismus constat ex tribus terminis.s. ex maiore extremitate ex minore extremitate.τ ex medio termino. ¶ Medius terminus ē ille qui sumitur bis ante cōclusionē τ nō egreditur illā. Maior extremitas est ille qui sumitur ī pria propositiōe cū medio termīo. ¶ Minor extremitas est ille qui sumitur in secūda ꝓpositiōe cum medio termino.

¶ Figura ē debita dispositio termiorum. ¶ Et notandū est ꝙ tres sūt figure in quibus regulantᷣ.xix.modi in quibꝰ medius terminus diuersi mode ordinatᷣ ¶ Unde si fiat sylogismus in prima figura medius terminus erit subiectū in prima propositiōe τ pᷣdicatū in secūda. Et in secunda figura medius terminus erit bis predicatum scʒ in prima propositione τ in secūda. Et i tertia figura medius terminus erit bis subiectū

¶ Uersus.

Sub pre prima/bis pre secunda/tertia bis sub.

Uersus.

Barbara/celarent/darij/ferio/baralipton.
Celantes/dapitis/fapesmo/frisesomorū.
Cesare/campestres/festino/baraco/darapti.
Felapton/disamis/datisi/bocardo/ferison.
Syllogizari nō est ex particulari.
Necqꝫ negatiuis recte concludere si vis.

¶ Nota ꝙ omnis conclusio fit ex maiori extremitate τ ex minori extremitate. ¶ Et est cōclusio directa et indirecta. Conclusio directa ē quādo maior extremitas predicatur τ minor subiicitur. Conclusio indirecta est quando minor extremitas predicatur τ maior subiicitur. ¶ Et sciendum est ꝙ omnes syllogismi concludunt directe preter quinqꝫ qui concludunt indirecte.

Omnes directe concludunt excipe quinqꝫ.
Nomina sunt quorū bara/ce/da/fa/frisesomorū.

¶ Et notandū est ꝙ nouemdecem sunt modi τ tres sunt figure.quarū prima continet nouem.secunda quattuor.tertia sex.

Uersus. Nouem sunt prime.sex ter.quattuorqꝫ secunde

Expliciunt sūmule.

Quoniã ignorantibus suppositiones termi/norũ varietates propositionum latent ideo circa suppõnes plura oportet scire. ¶ Primo oportet scire qd sit suppositio et qui termini supponũt et qui nõ et vbi supponũt et vbi nõ. Et qñ supponũt et quãdo nõ etc. ¶ Sciendũ ẽ q nullus terminꝰ extra orõnez positꝰ põt supponere sed solũmodo in orõne. Et sciendũ ẽ q suppositio est proprietas vniꝰ extremi scdm q vnũ extremũ ordinat ad aliud extremũ in propositione. Vel suppõ ẽ sigñtio termini catageromatici positi in oratione scdm q ponit in eadẽ. ¶ Nota q ps extremi nõ supponit sed toto extremo debet suppõ hoc ẽ a pte subiecti sed nõ a pte predicati. ¶ Nota q duplex ẽ suppõ scz propria et impropria. Suppositio ppria ẽ qñ aliqs terminꝰ sigt ex vsu loquẽdi sicut ex primaria significatione. Suppõ impropria ẽ qñ aliquis terminꝰ sigt aliter ex vsu loquendi q̃ ex primaria significatione. vt Anglia pugnat. i. gens anglie pugnat. bibe cyphũ id est cõtentũ in cypho. ¶ Suppõ ppria dic ĩ tribus modis. s. materialis simplex et psonalis. Suppõ materialis est qñ terminus cõis supponit p voce materiali et nõ p re nec pro voce sigta vt hõ ẽ nomẽ. amo ẽ verbũ. ¶ Suppõ simplex ẽ quãdo terminus cõmunis supponit pro natura cõi quã prius sigt. vt hõ ẽ spẽs. aial ẽ genꝰ id est natura hũana ẽ spẽs aialitas in cõi ẽ genus. et sic de aliis. Suppositio psonalis ẽ qñ terminus supponit pro aliqua certa psona. et hec ẽ duplex. s. discreta et cõis. ¶ Suppõ discreta ẽ quãdo terminus cõis supponit discrete. vt ille hõ currit. vel sortes currit. Suppõ cõis ẽ quãdo terminus cõis supponit cõiter. vt ois hõ currit. ¶ Et hec ẽ duplex alia ẽ cõfusa. alia determinata. Suppõ determinata ẽ quãdo terminus cõis supponit pro suis suppositis et pingit descendere ad sua supposita disiunctiue et nõ copulatiue. vt hõ currit sigt q ille hõ currit vel ille hõ currit. illa hõ currit. et sic de singulis. ergo ois hõ currit. ¶ Suppõ confusa duplex ẽ. alia ẽ cõfusa et distributiua et alia cõfusa tm̃. Suppõ confusa tm̃ ẽ quando terminus cõis supponit p suis suppositis et nõ ptingit descẽdere ad sua supposita nec copulatiue nec disiunctiue. vt omis hõ ẽ currens. ly currẽs stat cõfuse tm̃. ¶ Suppõ cõfusa et distributiua est quãdo terminus cõis supponit p suis suppositis. Et cõtingit descẽdere ad sua supposita copulatiue et nõ disiunctiue. vt ois hõ currit. sic significat. q ille hõ currit et ille hõ currit et illa hõ currit. et sic de singulis. ergo ois hõ currit. ¶ Et sciendũ ẽ q ĩ omi vniuersali affirmatiua subiectũ supponit cõfuse et distributiue et pdicatũ cõfuse tm̃ si sint termini cões et nõ aliũde ĩpediti. ¶ In omi vniuersali negatiua tã subiectum q̃ pdicatũ supponũt cõfuse et distributiue si sint termini cões et nõ aliunde impediti. ¶ In omi pticulari vel indiffinita affirmatiua tã subiectũ q̃ pdicatũ supponũt determinate. si sunt termini cões et nõ aliunde ĩpediti. ¶ In omi pticulari vł indiffinita negatiua subiectũ supponit

determinate/ et predicatum confuse et distributive/ si sint termini cões. et non aliunde impediti. ¶ In omni singulari affirmativa subiectum supponit discrete/ et predicatum determinate. si sint termini cões et nõ aliunde impediti. ¶ In oi singulari negativa subiectũ supponit discrete et predicatũ confuse et distributive. si sint termini cões. et nõ aliunde impediti.
¶ Nota q singularis sive discret⁹ ubicũq supponit/ supponit discrete.

¶ A subiec con dis pre confuse quoq tm̃.
E subiec et pre stant confu distributive
I subiec et pre tibi stant deterq minate
O subiec deter stant pre con distributive.
Sin affir subiec discrete predica deter.
Sin nega subiec dis pre confu. distributive.
Si sit discretus discrete semp habetur

CONsequentia est antecedens et consequẽs cũ nota cõsequentie vel est aggregatũ ex antecedente et consequente cũ nota cõsequentie ¶ Note consequentie sunt iste Ergo/ ideo/ igitur. Et in oi cõña añs est illud qd p̃cedit nomẽ consequẽtie Et cõñs est illud totũ qd subsequitur ipsam/ p̃terq in conditionali. ibi enim est añs illa ppõ que immediate sequitur hãc notam si. et cõñs. reliq ppõ. Añ totũ aggregatũ ex añte et cõñte dicitur consequentia.

Duplex est consequẽtia/ una est bona/ alia nõ bona.
¶ Consequentia bona est/ cuius añs nõ põt esse verũ nisi cõñs sit verũ. Ut ista cõña est bona. Homo currit/ ergo aial currit. ¶ Cõsequẽtia nõ bona est illa/ cuius añs potest esse verũ sine cõñte. vt illa. Ois hõ currit. igit sortes currit. Põt enim esse verũ q ois hõ currat q̃uis sortes nõ sit Posito q ois hõ currat et q Sortes sit mortuus. tũc añs est verũ. scz q ois hõ currit. et añs est falsum q Sortes currit. cũ scz nõ est.

Consequentiarũ bonarũ/ alia enthymemica/ alia syllogistica. alia inductiva. alia exẽplificativa. De cõña syllogistica exẽplificativa et inductiva sufficiunt q̃ dicta sunt in capitulo de argumento ¶ Enthy. ẽ illa q̃ solũ hz unã p̃missã et unã solã cõclusionẽ vt dictũ ẽ s. ¶ Consequẽtiarũ ũo enthymemicarũ alia est bona formalis. alia bona materialis. ¶ Cõsequẽtia bona materialis dr trib⁹ mõis. Uno mõ qñ est una certa materia est cõña bona. et in alia materia cõsimili/ cõña nõ vz Ut sic arguendo. Deũ esse est verũ. ergo deũ esse est necessariũ. In ista materia est bona. et in aliis cõsimilib⁹ nõ vz. Ut me esse hoiem est verũ ergo me esse hoiem est necessariũ. ¶ Alio mõ qñ ex ppõne imp⁹li cõcludit una ppõ quecũq fuerit imptinẽs añcedenti. vt sic arguendo. hõ est asinus. ergo tu curris. ¶ Tercio mõ qñ ex aliqua ppõne quecũq fuerit cõcludit una ppõ necessaria. vt sic arguẽdo. tu sedes. ergo deus est. Ita q sit imptinẽs antecedenti.

Consequētia vero bona & formalis enthymemica/ est illa. cuius oña formaliter intelligit in añte. vt sic arguēdo. tu curris ergo tu moueris. qz in ista/tu curris. formaliter intelligitur tu moueris ¶ Similiter oña bona & formalis est talis qualis modus arguendi in oī materia tenet. Vñ oīs syllogismus est oña bona & formalis

Alia regula est hec. φ in oi cōsequentia bona & formali oppositū oñtis repugnat añti eiusdē. vt hō currit. ergo aīal currit. Vñ ista repugnāt. Nullū aīal currit. ergo homo currit. ¶ Repugnare dicūtur ea que ñ pñt simul stare. Simul stare dicūtur ea que pñt simul esse vera. Vñ in oī oña que nō valet. oppositū oñtis stat cū añte eiusdē Ista oña nō valet. Deus est/ergo tu curris. qz oppositū ɔsequētis stat cum antecedente eiusdē. qz ista stant simul. Deus est/ergo tu nō curris

Alia regula est hec i oi cōsequentia bona & formali: ex opposito oñtis seqtur oppositū añtis formaliter. Vñ illa oña ē bona Hō currit ergo aīal currit. ideo formaliter seqtur. nullū aīal currit. ergo nihil qd est hō currit ¶ Alia regula est hec. In oi oña bona & formali quicqd seqtur ad cōsequēs formaliter seqtur ad añs. Ista eni est bona oña & formalis. Hō currit/ergo aīal currit. Ideo quicqd seqtur ad hoc oñs aīal currit. seqtur ad hoc añs hō currit. sed ad hoc oñs/ aīal currit seqt ista corp⁹ currit. iō seqtur ad hoc añs/hō currit ergo corpus currit

Alia regula est hec qñ sunt multe cōsequentie enthymemice bone & formales & nō variate arguēdo a primo añte ad vltimū oñs/est oña bona. vt sic arguēdo. Tu es hō ergo tu es aīal. tu es aīal. ergo tu es corp⁹ tu es corp⁹/ergo tu es subā. tu es subā/ergo tu es ens Ergo a prīo ad vltimū tu es hō/ergo tu es ens. ¶ Cōsequētie dñr eē variate/qñ plus vel nō idē ē añs i posteriori φ fuit oñs i oña priori. vt sic argueñ. hō currit ergo aīal currit. aīal currit ergo corp⁹ currit. corp⁹ currit & oē corp⁹ ē albū. ergo subā alba currit. Ista eni vltia oña ē variata. qz plus ē añs in posteriori φ fuit oñs i oña priori. In illa eni oña aīal currit ergo corp⁹ currit. ista eni ppō corp⁹ currit est solū añs. & illa immediate subsequēte corp⁹ currit & oē corp⁹ est albū. hoc totū est añs corpus currit & oē corpus est albū. & ideo ille sunt cōsequentie variate.

Alia regnla est hec arguendo ab inferiori ad suū superius sine negatōne & sine distributōe pcedente illud inferi⁹ vel supi⁹ est oña bona. vt tu es hō ergo tu es aīal. Vñ arguendo ab inferiori ad suū supius. vbi tā inferi⁹ φ supius supponūt determiate. est oña bona Et vbi tā inferi⁹ φ supi⁹ supponūt cōfuse tm̄ est oña bona. preterφ in istis Xbis incipit & desinit. ¶ Sz arguēdo ab iferiori ad suū supi⁹ vbi tā inferi⁹ φ supius supponūt cōfuse & distributiue nō valet cōsequētia Ut sic arguendo. Ois homo currit. ergo omne animal currit

Alia regula est hec arguendo ab inferiori ad suum superius in negatiuis vbi tam inferi⁹ q̃ superius supponūt cōfuse tm̃. vel determinate posita cōstantia inferioris cū suo superiori ē ꝯña bona. vt sic arguendo. hō nō currit. ⁊ hō ē aīal. ergo aīal nō currit. ¶ Et ē cōstantia inferioris cū suo superiori vna ꝓpō sumpta cū hoc verbo sū es fui. vt cōstantia istius termini hō ē talis ꝓpositio. hō est. ⁊ sic de aliis.

Alia regula est hec arguendo a superiori ad suum inferius negatiue vbi tam inferius q̃ superi⁹ supponūt cōfuse ⁊ distributiue superiori existente toto subiecto vel predicato añcedentis ⁊ inferiori existente toto subiecto vel p̄dicato cōsequētis oībus aliis terminis añcedentis ⁊ cōsequētis existentib⁹ eisdē vel oīno cōsilibus ē ꝯña bona. vt sic arguēdo. nullū aīal currit. ergo nihil qd ē hō currit. ¶ Sed arguendo a superiori ꝑ accidēs ad suū inferi⁹ affirmatiue vbi tā inferius q̃ superius supponūt cōfuse ⁊ distributiue nō valet ꝯña sine cōstantia. vt sic arguendo. Omne mouēs ē aīal. ergo oē currens est aīal. tñ cū cōstantia est cōsequētia bona ⁊ ē syllogismus. vt sic arguendo. Oē aīal currit. oīs hō est aīal. ergo oīs hō currit. Et notandū est q̃ arguēdo ab inferiori ad suū superius affirmatiue nō requirit cōstantia inferioris negatiue tñ requirit cōstantia inferioris. ¶ Sed arguendo a supiori ad suum inferius affirmatiue requirit cōstantia inferioris arguendo tñ negatiue non requiritur cōstantia inferioris.

Alia regula est hec arguendo ab vno cōuertibili ad suum cōuertibile in suppōne ꝑsonali vno cōuertibili existenti toto subiecto vel p̄dicato añtis ⁊ reliqua existente toto subiecto ⁊ p̄dicato antecedentis oībus aliis terminis añtis ⁊ ꝯñtis existentib⁹ eisdē vel oīno cōsimilibus ē cōsequentia bona. ⁊ ecōtra. vt sic arguendo, hō currit. ergo risibile currit. risibile currit. ergo hō currit.

Alia regula est hec arguendo a tota copulatiua ad alteram eius ꝑtem p̄ncipalē est cōsequētia bona. vt sic arguendo. tu es animal ⁊ tu curris. ergo tu curris. Sed ab vna ꝑte p̄ncipali copulatiue ad totā copulatiuā nō valet cōsequentia. vt sic arguēdo. tu es hō ergo tu es hō ⁊ tu curris.

Alia regula est hec a parte disiunctiue ad totam disiunctiuā ē cōsequētia bona. vt sic arguendo. tu es homo. ergo tu es hō vel tu es aīal. Sed arguendo a tota disiunctiua ad alterā eius partem nō valet cōsequētia. vnde nō sequit. tu es homo vel tu es asinus. ergo tu es asinus.

Alia regula est hec a toto tēporali ad alteram eius partem est cōsequētia bona. vt sic arguendo. dū tu curris tu moueris

ergo tu curris. ¶ Item a causali cũ suo añtecedente ad cõsequẽs eiusdẽ est cõsequẽtia bona. vt sic arguẽdo qꝛ tu es hõ tu es aial. ergo tu es hõ

Alia regula est hec ab exclusiua affirmatiua ad vni uersalẽ affirmatiuã in terminis trãspositis ꝛ in terminis rectis ꝛ i singulari nũero. cũ ṽbo de pñti nõ de ampliatiuo est ꝯña bona tanꝙ ab vno cõuertibili ad suũ cõuertibile ꝛ econtra. vt sic arguendo. Tm̃ hõ currit ergo oẽ currens est hõ. ¶ Propõ exclusiua est ista cuiꝰ primꝰ ťminꝰ ĩ ordine ꝑbabilitatꝫ est dictio exclusiua ¶ Dictiones exclusiue sunt iste Tm̃. tantũmodo. solũ solũmodo. precise. dũtaxat.

Alia regula est hec/ a toto conditionali cũ añtecedente ad ꝯñs eiusdẽ. est ꝯña bona. vt sic arguendo. si homo currit aial currit. sed homo currit ergo animal currit. ¶ In omni bona ꝯña ꝛ syllogistica ex opposito cõclusionis cũ maiore seqtur oppositum minoris ꝛ econtra Ut sic arguendo. Ois hõ currit. tu es hõ. ergo tu curris. est ꝯña bona. qꝛ oppositũ cõclusionis cũ maiore/seqtur oppositũ minoris. Unñ seqtur Tu nõ curris. ꝛ ois hõ currit. ergo tu nõ es hõ.

Alia regula est hec in omni cõsequentia bona syllogistica/medio termino existente hoc aliqd/necesse est extrema cõiũgi/ hoc est medio termino existente termino discreto vel singulari. ꝭmaiore extremitate cũ minore in cõclusione cõiungi est necessariũ. vt sic arguendo. Tu es hõ. ꝛ tu es aial. ergo animal est homo.

Alia regula est hec/ a toto conditionali cũ opposito cõclusionis ad oppositũ añtecedentis est ꝯña bona. Ut sic arguendo. Si homo currit animal currit. sed nullũ animal currit. ergo nihil quod est homo currit.

¶ Explicĩũt Consequentie.
Sequitur de resolutionibus

Ut testatur philosophus/ primo Priorum/ Terminus est ille in quẽ resoluiť ꝑpositio Id est diuiditur in ṗdicatũ ꝛ illud de quo ṗdicatur. id est in subiectum. ꝛ hoc est siue sit affirmatiua siue negatiua. ¶ Terminꝰ ṽo dr̃ dupliciť. scꝫ mediatus ꝛ immediatꝰ. Terminꝰ ṽo immediatꝰ dr̃ dupliciter. scilꝫ subimmediatus ꝛ supimmediatꝰ. Terminꝰ subimmediatꝰ est ille q̃ nõ habet inferius ꝑ quod potest ꝑbari. scd̃m predicationẽ. vt termini demonstratiui. Ut Ego. tu. sui. Ille. Ipse. Iste. hic ꝛ Is. Et ꝓpria nomĩa nõ appellatiue tenta. Ut Iohãnes. Robertus. Sortes. plato ꝛ similia. In quocũqꝫ casu/genere ꝛ nũero fuerint posita. Et aduerbia demõstratiua. vt Hic. illic. istic. ꝛ similia.

¶ Scdo mō termin⁹ supimediat⁹ ē ille q̄ nō h3 supius p q̄d pōt ꝓbari Ut ens res aliq̄d ꝛ vnū. Et verba substantiua et eoꝝ participia. ¶ Ex quibus patere potest ꝙ dupliciter ꝯtingit ꝓpōnem esse immediatā. sc3 quo ad sensum vel quo ad intellectū. Quo ad sensum q: non h3 inferi⁹ p quod potest ꝓbari. Et tales sunt ꝓpōnes singulares de simplici sub iecto. que ꝓpōnes tn̄ mediate pn̄t probari. ¶ Primo mō p sensum. vt talis ē / ille loquitur / audio ꝙ iste loquitur. ergo ille loquitur. Ille sedet. ꝛ tāgo istū sedentē. ergo iste sedet. Et sic de oībus alijs ꝓpōnibus imediatis quo ad sensum est dicendū. vt sic p sensum ꝓbam⁹. ¶ Secundo modo possunt tales ꝓpōnes singulares ꝓbari p eoꝝ cōtradictoria. vt ꝓbādo ꝙ ego sedeo. p hoc ꝙ eius cōtradictoriū est falsum. videl3 ego nō sedeo ergo hoc est veꝝ ꝙ ego sedeo. ꝛ sic de alijs. ¶ Tercio mō ꝓbatur per eius vniuersale cum debito mō. vt sic arguendo. Omnis homo currit. Sortes est hō. ergo sortes currit. ꝛ sic de alijs.

¶ Sed ꝓpō immediate quo ad intellectū est illa. que nō habet supius quo ad cōtrarietatē. cōītatem. p q̄d pōt ꝓbari. vt aliq̄d ē. Et sic de alijs

Propositio singularis affirmatiua nō immediata

habet ꝓbari p primū terminū ī ordine ꝓbabilē scd̄m intellectū debitū āteq̄ termini posteriores ꝓbabilitat[is] officiū explicēt cū ordo termioꝝ est specialiter attendendus. Ut tu ab homine differs. sic habet resolui. Tu ab hoc differs. ꝛ hoc est homo. ergo tu ab hoīe differs

¶ Propositio singularis negatiua nō immediata habet cōsimiliter ꝓ bari. p primū terminū in ordine ꝓbabilē cū debito medio. vt tu ab hoīe nō differs. habet sic resolui. Tu ab hoc nō differs. ꝛ hoc est hō. ergo tu ab homine nō differs. ¶ Similiter tu ab homīe differebas sic resoluit Tu ab hoc differebas. ꝛ hoc est vel fuit hō. ergo tu ab hoīe differebas

¶ Similiter. tu ab homine differes. sic resoluitur. tu ab hoc differes. ꝛ hoc est vel erit homo. ergo tu ab homine differes. ¶ Similiter. tu ab homine potes differre. sic resoluitur. Tu ab hoc potes differre. ꝛ hoc ē vel potest esse hō. ergo tu ab homine potes differre.

Et omnes singulares negatiue nō immediate simi

liter ꝓbantur. vt ab hoīe non incipis differre. sic resoluitur. Tu ab hoc nō incipis differre. ꝛ hoc est vel incipit esse hō. ergo ab hoīe nō incipis differre. ¶ Oēs singulares quaꝝ subiecta sunt termini multū cōpositi. ꝯsimiliter. vt indiffinite ꝓbari hn̄t. Ut Ille hō alb⁹ currit. hoc currit. ꝛ hoc est iste homo alb⁹. ergo iste hō albus currit. ¶ Termin⁹ mediat⁹ est ille termin⁹ hn̄s mediū vel media. per q̄d vel per que potest ꝓbari

¶ Et dr̄ tripliciter. sc3 Resolubilis. exponibilis. ꝛ officialis

Terminus resolubilis est oīs terminus cōīs supponēs determinate ꝓ re exn̄te vel nō exn̄te in ꝓpōne affirmatiua non imediata. cui⁹ p̄dicatū nō impedit subm̄. ¶ Sed negatiua ꝓ re exn̄te ē resolubilis ꝛ nō aliter

Omnis indiffinita affirmatiua vel pticularis affir=matiua. cuius subiectuȝ supponit determinate vel psonaliter. hȝ resolui p duo demonstratiua. vt illa. Hō currit. hoc currit. ⁊ hoc est hō. ergo hō currit. Ita q̄ ille termin⁹ rōne cuius illa ppō resoluitur/ demat̄ in pria resoluente. ⁊ in loco eius ponat̄ hoc pnomē hoc. et in secūda resoluēte hoc pnomē erit subiectū. ⁊ termin⁹ dēptus erit predicatū. cui⁹ copula erit hoc verbū. sum es est. ¶ Si sit ppō de pn̄ti ⁊ nō de āpliatiuo sicut patet i exēplo pdicto ⁊ in obliq̄s. Ut alicui⁹ hominis seruus est bonus. resoluit̄. hui⁹ fu⁹ ē bon⁹. ⁊ hic ē aliq̄s hō. ergo alicui⁹ hoīs fu⁹ ē bon⁹ ¶ Exemplū Dti. Rn̄denti cōcluditur. sic resoluitur. huic cōcluditur. et hic est rn̄dens. ergo rn̄denti cōcluditur. ¶ Exemplū Acti. vt mulieres amat hō. sic resoluitur. has amat hō. ⁊ he sunt mulieres. ergo mulieres amat hō ¶ Exemplū Ablti. vt ab hoīe tu differs. sic resoluitur. ab hoc tu differs. ⁊ hoc est hō ergo ab hoīe tu differs. Ita q̄ semp subm̄ prime resoluent⁊ erit eiusdē casus gnis ⁊ nūeri cū t̄mīo rōne cui⁹ ppō resoluit̄

Ōis ppō parti. vel indiffi. affirmatiua. cui⁹ pricipale verbū est de pterito debet resolui eodeȝ mō sicut ppō de pn̄ti. preterq̄ in secūda resoluente illius pticularis vel indiffinite affirmatiue. vbi dȝ poni hoc verbū fuit ⁊ hoc verbū est. cū disiūctiua media. vt aliq̄s puer fuit senex. sic resoluitur. hoc fuit senex. ⁊ hoc est vl' fuit puer. ergo aliq̄s puer fuit senex. ¶ Et sic de futuro ⁊ de v̄bis āpliatiuis est dicendū. cū resoluentibus pportionalibus. Ut hō pōt currere. sic resoluit̄. Hoc pōt currere. ⁊ hoc est vel pōt esse hō. ergo hō pōt currere. ¶ Similiter. hō incipit currere. sic resoluitur. hoc incipit currere. ⁊ hoc ē vel incipit esse hō. ergo hō incipit currere ¶ Exemplum in plurali.

Ut animalia currūt sic resoluitur. Hec currūt. ⁊ hec sunt animalia. ergo aīalia currūt. ¶ Exemplū Gti. vt aliquoꝝ ɔtradictorioꝝ alteꝝ est veꝝ. sic resoluitur. hoꝝ alteꝝ est veruȝ. ⁊ hec sunt ɔtradictoria. ergo aliquoꝝ ɔtradictotoriaꝝ alteꝝ est veꝝ. ¶ Exēplū Dti. Ut hoībus obuiatur. sic resoluitur. Hiis obuiatur. ⁊ hi sunt homines. ergo hoībus obuiat̄

Alia regula ē hec/a resoluētibus sufficiēter sumptis ad resolu. cuius sunt resoluentes est ɔn̄a bona. ⁊ nō ecōtra nisi sit gratia terminoꝝ. Ut bn̄ seq̄tur. Hoc currit. ⁊ hoc est homo. ergo hō currit. ⁊ tn̄ nō seq̄tur ecōtra. homo currit. ergo hoc currit ⁊ hec est hō. q2 i casu p⁹ii posito. an̄s potest esse veꝝ. ⁊ ɔn̄s falsum.

Terminus cōis supponens determinate a parte predicati. seq̄tur naturā verbi de pterito vel de futuro. ⁊ ideo nō gemi=nabit secūdū resoluentē. Ut hoc erit animal. sic resoluitur. hoc erit hoc. ⁊ hoc erit animal. ergo hoc erit animal. Et sic de preterito ⁊ de futuro ⁊ de quocūq̄ verbo ampliatiuo est dicendū.

¶ Propositio particularis vel indiffinita affirmatiua cuius predicatũ impedit subiectum vt termini priuatiui non habet resolui sed probari modo suo. vt homo est mortuus. sic probatur. ille homo est mortuus. ergo homo est mortu⁹. Antecedens probat sic. iste homo nõ est sed fuit. ergo homo est mortuus. ꝛ sic de aliis terminis priuatiuis est dicendũ. ¶ Secũdo modo ꝓpositio particularis vel indiffinita affirmatiua habet ꝓbari per eius subalternantem. vt homo currit. sic ꝓbatur. omnis homo currit. ergo homo currit. cõsequentia pꝫ ab vniuersali ad suaꝫ indiffinitam. Et semper vniuersalis vocatur subalternans ꝛ particularis subalternata. ¶ Tercio modo ꝓbatur particularis vel indiffinita affirmatiua ab equo vel a suo conuertibili. vt animal rationale currit. ergo homo currit. ¶ Quarto modo probatur ꝓpositio particularis vel indiffinita affirmatiua ꝑ oppositum. vt ꝓbando ꝙ homo currit. per hoc ꝙ eius contradictorium est falsum videlicet nihil qđ est homo currit. ergo hoc est verũ ꝙ homo currit. consequentia patet per illam regulam. Lex ꝛ natura contradictoriarũ. ꝛc.

Propositio particularis vel indiffinita negatiua quadrupliciter probatur.

¶ Primo a priori vt per eius vniuersalem subalternantem. vt ista nemo currit. ergo homo non currit. vel nullũ animal currit. ergo animal non currit. per quẽ modũ ꝓbandi patere potest ꝙ talia ꝑticularia sũt vera. aliquis hõ ꝗ est asinus nõ est asinus differẽs ab ente nõ ẽ aliqua res voluta a chymera nõ est res voluta a chymera. ¶ Omniũ vero illarum ꝓpositionũ subalternãtes ex quibus sequũtur sunt vere ꝛ ꝑ consequẽs sũt necessarie. ¶ Secũdo modo ꝑticuaris vel indiffinita negatiua põt probari a posteriori vt per eius resoluentes sicut dictuꝫ est de ꝓpositione ꝑticulari vel indiffinita affirmatiua. vt homo non currit. sic probat. hoc nõ currit ꝛ hoc ẽ homo. ergo homo non currit. ꝛ sic de aliis dicatur ꝑterꝙ in particulari negatiua cui⁹ subiectũ supponit ꝓ eo non ente. vt chymera nõ est quedã ꝑticularis per eius subalternantem. sic nulla chymera est. ergo chymera nõ est. ꝛ sic de aliis dicatur.
¶ Tertio modo probatur particularis negatiua ab equo id est per ei⁹ conuertibile. vt equus non currit. sic probat hinnibile non currit. ergo equus non currit. ¶ Quarto modo probatur particularis negatiua indirecte. hoc est per eius contradictorium. vt homo non currit. sic probatur hoc est falsum ꝙ omnis homo currit. ergo hoc est verum ꝙ homo non currit.

Exemplum de aduerbiis vt alicubi lucet sol sic resoluitur.

ibi lucet sol ꝛ ibi est alicubi. ergo alicubi lucet sol. ¶ Aliquando erit antichristus sic resoluitur. tunc erit antichristus ꝛ tũc est vel erit ali

quando.ergo aliquando erit antichristus. Aliquando currit velociter sortes.sic resoluitur.sic currit sortes ꝛ sic est aliqualiter velociter. ergo aliqualiter currit sortes.. Sapiēter loquitur iste homo.sic resoluitur sic loquitur iste homo ꝛ sic est sapienter.ergo sapienter loquitur iste homo ¶ Ante a venit b.sic resoluitur.tunc venit b ꝛ tunc est vel erit ante a. ergo ante a venit b.

Vniuersalis affirmatiua habet exponi per suam subalternatam ꝛ per vniuersalē negatiuam de consimili subiecto ꝛ copula. ¶ Sed cum predicato opposito ad predicatum propositionis ꝓbande.vt omne animal mouetur. sic exponitur.animal mouetur.ꝛ nullum est animal non motum.ergo omne animal mouetur. Exemplum quomodo exponitur propositio cū isto termino quin. vt omnis propositio habet contradictorium. Sic exponitur.aliqua ꝓpositio habet cōtradictorium ꝛ nulla est propositio quin illa habet contradictorium.ergo omnis ꝓpositio habet cōtradictorium Ita ꝙ iste terminus quin ponatur imediate post illum terminū qui recipit distributionē.vt pꝫ in exemplo predicto. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in singulari numero ꝛ i obliquo.vt cuiuslibet hominis oculus est dexter.sic exponitur.alicuiꝰ hominis oculus est dexter ꝛ nullus est homo quin illius oculus est dexter.ergo cuiuslibet homīs oculus est dexter. Ita ꝙ iste terminꝰ relatiuꝰ sit in eodē casu genere ꝛ numero cū termino qui recipit distributionē.vt patet i exemplo predicto. Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiuncto subiecto in recto ꝛ in singulari numero.vt omnis homo vel asinus est asinus.sic exponitur homo vel asinus est asinꝰ.ꝛ nihil est hō vel asinus quin ille est asinus. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiuncto subiecto in obliquo ꝛ in singulari numero.vt ista propositio.ab omni homine vel asino homo differt.sic exponitur.ab homine vel asino homo differt ꝛ nihil est homo vel asinus quin ab illo homo differt.ergo ab omni homīe vel asino homo differt. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiuncto predicato.vt illa propositio.omnis homo est homo vel asinus.sic exponitur.homo est homo vel asinus ꝛ nihil ē homo quin illud est homo vel asinus.ergo omnis homo est homo vel asinus. ¶ Exemplum de preterito in singulari numero.vt omnis homo currebat.sic exponitur. homo currebat ꝛ nihil est nec fuit homo quin illud currebat. ergo omnis homo currebat. ¶ Exemplum de futuro i singulari numero vt omnis homo curret.sic exponitur.homo curret ꝛ nihil est nec erit homo quin ille curret.ergo omnis homo curret. ¶ Exemplum de hoc verbo potest. vt cuiuslibet contraditionis altera pars potest esse vera.sic exponitur. alicuius contradictionis altera pars potest esse vera ꝛ nulla est nec potest esse contradictio quin illius altera pars pōt esse vera. ergo cuiuslibet contradictionis altera ꝑs pōt esse vera.

¶ Exemplū de vniuersali affirmatiua in obliquo respectu p̄teriti temporis. vt cuiuslibet hominis vel asini caput fuit. sic exponit̄. alicui⁹ hominis vel asini caput fuit. ꝛ nihil ē nec fuit hō vel asinus quin illius caput fuit. ergo ꝛc. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in recto ꝛ in plurali numero. vt omnes ꝓpositiones habent cōtradictoria. sic exponitur. alique ꝓpositiones habēt cōtradictoria. ꝛ nulle sunt ꝓpositiones quin ille habent cōtradictoria. ergo ꝛc. ¶ Exemplū de vniuersali affirmatiua in obliquo ꝛ in plurali numero. vt omniū ꝯtradictorioꝝ alteꝝ ē verū. sic exponitur. aliquoꝝ contradictorioꝝ alterum est verum ꝛ nulla sunt cōtradictoria quin illoꝝ alterū est verum. ergo ꝛc. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de copulato subiecto in recto ꝛ in plurali numero. vt omnis hō ꝛ duo homines sunt tres. sic exponitur. homo ꝛ duo hoīes sunt tres ꝛ nihil est hō ꝛ duo hoīes quin illi sunt tres. ergo ꝛc.
¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiuncto subiecto in plurali numero. vt omnes homines vel asini sunt asini: sic exponit̄ homīes vel asini sunt asini. ꝛ nulli sūt hoīes vel asini quin illi sunt asini. ergo ꝛc.
¶ Exemplū de p̄terito in plurali numero ꝛ in recto. vt omnes homīes currebant. sic exponit̄. homines currebant ꝛ nulli sunt vel fuerunt homines quin illi currebant. ergo ꝛc. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in qua ponunt̄ duo termini cōmunes a pte subiecti quorū vn⁹ est subiectum ꝛ alius predicatum. vt omnis homo hō est. sic exponitur homo hō est ꝛ nihil est homo quin illud homo est. ergo ꝛc. quia primus terminus hō distribuit̄ solum. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in qua duo termini cōmunes ponunt̄ a pte subiecti ꝛ sūt distributi. vt omnis homo omnis homo est. sic exponitur. omnis homo homo est ꝛ nihil est homo quin illud omnis homo est. ergo ꝛc.
¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in qua a parte subiecti rectus p̄cedit obliquum vt ipsum regens ꝛ tunc totum aggregatum ex recto ꝛ obliquo distribuitur. vt quilibet asinus hominis currit. sic exponitur. asinus hominis currit ꝛ nullus est asinus hominis quin ille currit. ergo ꝛcet.

Pro quo notandum est ꝙ quando rectus precedit obliquum a parte subiecti ipsum regens tunc totum aggregatū ex recto ꝛ obliquo est subiectum distributum. vt patet in exemplo immediate precedente. ¶ Sed quando obliquus precedit rectum regentem obliquum. tunc soluȝ obliquus distribuitur. vt patet in illa. cuiuslibet hominis asinus currit. in qua solum ille terminus hominis distribuitur

¶ Nota ꝙ arguendo ab exponentibus sufficienter sumptis ad expositū cuius sunt exponentes est consequentia bona et econtra semper.

Secundo modo probatur vniuersalis affirmati-

ua per eius singulares sufficienter sumptas. vt omnis homo currit. sic probatur. ille homo currit ꝛ ille ꝛ ille. ꝛ sic de singulis. ergo ꝛc. ꝛ cõsimiliter de omnibus vniuersalibus dicatur.

Singulare alicuius vniuersalis est illud quod remanet dempto signo vniuersali ꝛ in loco eius pronomine demonstratiuo posito cũ debito medio. vt omne animal iacet. eius singulares sunt iste. hoc animal iacet ꝛ hoc animal iacet. ꝛ sic de alijs.

Tertio modo probatur vniuersalis per eius cõuertibile. vt omnis homo ambulat. sic potest probari. omne animal rõnale ambulat. ergo ꝛc.

Quarto modo probatur vniuersalis per eius contrarium. vt omnis homo est animal. probatur sic. quia eius contrarium est falsum. homo non est animal. ergo hoc est verũ ꝙ omnis hõ ẽ aial. ꝛ sic de alijs est dicendum.

¶ Sequitur de contradictorijs propositionũ vniuersalium.

Sexta regula est hec / subiectū in exclusiua affirmatiua. stat confuse tantū. Ut patet in ista ꝑpōne. tantū hō currit. Ex qua seqtur. ꝙ aliqd supponit aliqualiter qualiter nō suppōit. qd̓ ꝓbatur sic qꝛ subiectū illius exclusiue supponit confuse tantū. vt patet ꝑ regulam ¶ Et ꝙ nō sic supponit ꝓbatur. qꝛ subiectū istius ꝑpōnis. Hō currit. supponit determinate. vt pꝫ ꝑ hoc ꝙ est indiffinita. sed idē est subiectū istius hō currit. ꝛ illius. tantū hō currit. Et subiectū istius tantū hō currit. supponit confuse tantū. ergo nō supponit determinate. Et ꝙ supponit determinate ꝓbatur sic. posito ꝙ ista ꝑpō. tantū hō currit. scribatur in pariete. ꝛ ꝙ duo legant istā ꝑpōnem. vnus cū termino exclusiuo. et alius sine termino exclusiuo. tūc patet ꝙ idem est subiectū vtriusqꝫ. Ex quo seqtur ꝙ aliqd supponit aliqualiter qualiter nō supponit

Pro isto dicatur ꝙ subiectum exclusiue stat confuse tm̄. ꝛ hoc rōne exclusiue. vt sic dicendo. tantū hō currit. cuius subiectū supponit confuse tātū. sub ea rōne qua est subiectū exclusiue. ꝛ ille terminus homo supponit determinate. sub ea rōne qua est subiectū preiacentis. ꝛ sic idē termin⁹ supponit determiate ꝛ confuse tantū. respectu

diuersoꝝ terminoꝝ Et cōsimiliter in exceptiua negatiua subiectū sup‑ponit confuse tantū scḋm ꝙ est subiectū exceptiue. ⁊ idem termin⁹ sup‑ponit confuse ⁊ distributiue. scḋm ꝙ est subiectū preiacentis. Ut patet in illa. Nullus homo preter sortem currit. ⁊ nullus homo currit. cuius vtriusq̄ iste terminus homo est subiectū.

Septima regula est hec/ Omnis exeptiua ꝓpria: repugnat suo p̄iacenti. Ex qua seqt̄ur ꝙ aliqua repugnāt que nō repu‑gnant. ꝓbatur sic. Ista duo repugnāt. nullū animal preter asinū est hō ⁊ nullū animal est hō. q: vnū istoꝝ est exceptiua. ⁊ aliud p̄iacens. ergo repugnāt. ꝯña patet ꝑ regulam. Et ꝙ nō repugnant ꝓbatur sic. q: sunt duo falsa ⁊ nulla duo falsa repugnāt. sed illa repugnāt. ergo aliqua re‑pugnāt que nō repugnāt. qḋ fuit ꝓbatū.

¶ Similiter ista repugnāt. Tu differs ab oı̄ homine preterq̄ a te. ⁊ tu differs ab omni homine. q: vna est exceptiua ⁊ alia ei⁹ preiacens. ergo repugnāt. Ut patet ꝑ regulā. Et ꝙ nō repugnant ꝓbatur sic. q: vtraq̄ istaꝝ ē vera. ⁊ nulla duo vera repugnāt. ergo nō repugnāt ⁊ repugnāt. vt prius dicebatur. ergo cōtradictio. ⁊c̄.

Pro isto dicatur ad primaꝫ obiectionē/ ꝙ duo falsa bene possunt repugnare. Ut patet ex istis duobus. Nullū animal p̄ter asinū est homo. ⁊ nullum animal est homo. ¶ Et pro secūda obiectōne dicatur. ꝙ omnis exceptiua propria repugnat suo p̄iacenti. sed nō im‑propria. Exceptiua impropria est. quādocūq̄ exceptio fit a parte predi‑cati. vt patet in illa ꝓpositione. Tu differs ab oı̄ homine preterq̄ a te. Et patet ꝙ ista ꝓpositio. Tu nō differs nisi ab asino. non est exceptiua propria. q: exceptio fit a parte p̄dicati. Illa tamen potest dupliciter ex‑poni. Primo mō sic. Tu differs ab asino. ⁊ non differs ab alio ab asino. Iste exponentes sunt vere. ⁊ ideo isto mō exponendo illa est cōcedēda Secūdo modo sic exponitur. Tu differs ab asino ⁊ a nullo alio ab asino differs. cuius secūda exponēs est falsa. cum eius cōtradictoriū est ver scꝫ ab alio ab asino differs. vt patet ꝑ eius resoluentes.

Alia regula est hec/ De qualibet re dicitur vnū con‑tradictorioꝝ incomplexoꝝ. ⁊ de nullo eoꝝ ambo dicitur. Ex qua seqt̄ur ꝙ consequentia bona est nō bona. Et ꝯsimiliter seqt̄ur ex hoc ꝙ aliqua sunt contradictoria incōplexa. quoꝝ aliud dicitur de aliqua re. ⁊ nullū eorum dicitur de eadem re. Probo sic. ⁊ capio ista duo contradictoria incomplexa homo ⁊ non homo. Tunc arguitur sic. Tantū Sortes est homo. ⁊ tantū Sortes est non homo. Posito ꝙ Sortes non sit in rerū natura tunc de sorte nō dicitur vere. tantū sortes est homo. nec ꝙ tātū Sortes est non homo. ergo non de qualibet re dicitur vnū contradicto‑riorum incōplexoꝝ. sed de qualibet re dicit̄ vnū contradictorioꝝ incom‑plexoꝝ. ꝑ regulam. ergo contradictio.

¶ Similiter in eodē casu hec est falsa. Tantū sortes est omnis homo ⁊ tñ. s. est nō omīs homo. Similiter pono q̄ nihil sit sortes ⁊ capio ista duo cōtradictoria. homo ⁊ nō hō. ista duo sunt contradictoria incōplexa ⁊ nullū eoꝝ vere p̄dicat̄ de sorte. q̄ȝ ista ē falsa. s. ē homo ⁊ silr. s. ē non hō. ergo nō de qualibet re dr̄ vnū cōtradictorioꝝ imcōplexoruȝ. ⁊ p̄ ꝯñs regula est minꝰ vera. ¶ Ideo ꝓ isto dicat̄ q̄ de qualibet re exñte dicit̄ vnū cōtradictorioꝝ imcōplexoꝝ p̄ se sūptū sine dictiōe exclusiue vel signo vniuersali vel aliquo alio determinabili in singulari numero cum verbo de p̄ñti nō ampliatiuo. sed sic nō ē in ꝓposito eo q̄ in p̄ma obiectione sumunt̄ duo ꝯtradictoria incōplexa cū terminis exclusiuis ⁊ in secunda obiectione sumunt̄ duo cōtradictoria incōplexa cū dictionibꝰ exclusiuis ⁊ signis vniuersalibꝰ. ⁊ i t̄cia obiectōe argumētū fit de re n̄ ente.

Alia regula est hec. in oī cōsequentia bona et formali ad alietatē ꝯñtis sequit̄ alietas antecedētis/. ex qua sequit̄ q̄ cōsequētia bona est nō bona. Nā ista cōsequētia ē bona ⁊ formalis. hō ē hō ergo hō ē aīal. eo q̄ arguit̄ ab inferiori ad suū supiꝰ sine aliquo impedimēto. ergo cōsequētia bona. Et q̄ nō valet ꝓbat̄. q̄ȝ ad alietatē consequētis nō sequit̄ alietas añcedētis. q̄ȝ nō sequit̄ aliud ab hoīe ē aīal. ergo aliud ab hoīe ē hō. q̄ȝ añs ē veꝝ ⁊ cōsequēs falsū. ergo nō valȝ ꝯñs ¶ Ideo dicat̄ q̄ in omni cōsequētia bona ⁊ formali ex alietate consequētis sequit̄ alietas añtis. vbi alietas addit̄ imediate termino inferiori ⁊ superiori. vt sic arguendo. hō est aliud ab aīali. ergo homo est aliud ab homine.

Alia regula est hec. In necessariis nō refert enunciare vniuersaliter vel p̄ticulariter. vt sic dicēdo. hō ē aīal. ergo oīs hō ē aīal. Et q̄ sit falsū ꝓbat̄ sic. q̄ȝ nō sequitur animal est homo ergo omne animal est homo. quia prima istaruȝ est necessaria ⁊ secūda impossibilis. ergo regula minus vera. Añs ꝓbatur sic. hec est necessaria homo est animal. ergo hec est necessaria. animal est homo. consequentia patet per conuersionē simplicē. Antecedēs ē necessariū. ergo cōsequēs ¶ Ideo ꝓ isto dicat̄ q̄ ista regula intelligit̄ in p̄dicatiōe directa ⁊ nō in directa. sed obiectio fuit in p̄dicatione in directa. idō nō fit ꝯñs p̄ regulā necessaria.

Alia regula est hec. arguendo ab inferiori ad suū superiꝰ cū negatiōe postposita ē ꝯñs bona. Ex qua sequit̄ q̄ ꝯñs bona est nō bona. ꝓbat̄ sic. ista ꝯñs ē bona. hō albus nō currit. ergo hō nō currit. q̄ȝ arguit̄ ab inferiori ad suū superiꝰ cū negatiōe pꝰposita. ergo ꝯñs bona. Et q̄ nō valet ꝓbat̄ sic. ⁊ pono illū casū q̄ oīs hō currit. ⁊ q̄ nullus hō sit albus. isto posito patet q̄ añs ē veꝝ. s. hō albꝰ nō currit. ⁊ ꝯñs ē falsū. vicȝ hō nō currit. eo q̄ eiꝰ cōtradictoriū est veꝝ videlȝ q̄ oīs hō currit. vt pȝ per casum. ¶ Silr̄ p̄ eandē regulā ista ꝯñs foret

bona.hoc aial nō ē.ergo aial nō ē.demōstrādo p ly hoc cesarē corruptū Et q nō valet ꝓbat.q: aῆs est verū ⁊ ɔῆs impossibile cū ei9 ɔtrariū est necessariū.vicȝ.oē aial ē. ¶ Jō ꝓ isto dicat q arguēdo ab inferiori ad suum supius cū negatiōe p9posita ⁊ hoc p se ē ɔῆa bona ⁊ nō p accidēs est ɔῆa bona sine debito medio sed cū medio bñ vȝ ɔῆa. vt hō alb9 nō currit.⁊ hō albus ē.ergo hō nō currit.sed q: in vtraq; obiectiōe arguit ab inferiori ad suū supi9 cū negatiōe postposita p accidēs ⁊ sine medio ideo nō valet ɔῆa. ¶ Et arguit ab inferiori ad suū supi9 perse quando ex inferiori ⁊ superiori resultat ꝓpō necessaria.vt hō ē aial. Et arguit ab inferiori ad suum superius p accidens qñ ex inferiori ⁊ superiori resultat ꝓpositio cōtingens.vt homo currit.

Alia regula est hec.arguēdo ab exceptiua negatiua ad exclusiuā affirmatiuā in eisdem terminis ē cōsequētia bona Ex qua seqtur q cōsequētia bona est nō bona.ꝓbat sic.ista cōsequētia ē bona. Nullus hō pter sortē currit.ergo tm̄ s.currit.⁊ ista ē non bona.ergo ⁊c. cōsequētia pȝ p regulam pdictā.Et q nō valet probat.q: in casu possibili posito aῆs est verū ⁊ consequēs falsum.ergo nō valet. Et pono istū casū q sortes ⁊ vn9 asinus currāt⁊ q nullus hō ali9 a sorte currat. Jsto casu posito aῆs ē verū .s.nullus hō preter sortē currit.q: ei9 exponētes sunt vere videlicet.nullus hō nō.s.currit ⁊ sortes currit.Et ɔῆs ē falsum.tm̄.s.currit.q: altera ei9 exponēs ē falsa.vicȝ nihil non s.currit.q: eius cōtradictoriū est verū s.aliqd nō.s.currit.q: asinus currit.⁊ asinus ē aliqd nō s.ergo aliqd nō.s.currit. ¶ Jō ꝓ isto dicat qñ arguit ab exceptiua negatiua ad suā exclusiuā affirmatiuā in eiusdē terminis ē cōsequentia bona sed sic non arguit in ꝓposito.q: ista ꝓpositio. tm̄ sortes currit.non ē exclusiua istius exceptiue.null9 hō pter sortē currit. q: pro pluribus fit exclusio in illa exclusiua.tm̄ sortes currit q̄ fit exceptio i ista exceptiua.nullus hō pter.s.currit.fit em̄ exceptio ꝓ oīm hoīe masculo solūmodo.alio a.s.⁊ exclusio fit ꝓ oī re alia a.s.⁊ ideo iste due ꝓpōnes nō ɔuertunt.Et si querat que est exclusiua istius exceptiue. Nullus hō pter.s.currit.dicat q illa.tm̄.s.currens est homo masculus.

Alia regula est hec.si antecedēs pōt eē verū consequente eiusdē exñte falso nō valet cōsequētia.Ex qua sequit q cōsequētia bona ē nō bona.ꝓbat sic.ista cōsequētia ē bona.hō currit.ergo aial currit.q: arguit ab inferiori ad suū superi9 sine aliquo īpedimēto g̃ ɔῆa bona.⁊ q nō vȝ ꝓbat.q: aῆs pt eē verū sine ɔῆte.g̃ nō vȝ. ꝓbat ⁊ pono q aῆs maneat ⁊ ɔῆs nō.tūc ɔῆa nō vȝ vt pȝ p regulā.Si forte dicat aliqs ꝓpter istā cauillationē in casu posito q regula sic ē intelligenda q si aῆs alicui9 ɔῆe pōt eē verum ɔῆte eiusdē exñte falso nō vȝ ɔῆa. Sed adhuc ꝓbat q ista regula sit min9 vera.q: illa ɔῆa ē bona.hō.currit.g̃ aial currit.vt prius dicebat.⁊ tñ aῆs pt eē verū ɔῆte eiusdē exñte falso. ergo regula nō tenet.Aῆs ꝓbat ⁊ pono q hoc aῆs.hō currit sit verum primarie signdo.⁊ q ɔῆs.aial currit.sigt q hō ē asin9.secūdarie signdo. Jsto cāu posito pȝ q aῆs sit verū.vicȝ hō currit.ɔῆte eiusdē exñte falso

scz aial currit. qr p casu oñs sigt secudarie q hō est asin⁹ qd est falsum.
¶ Ideo p isto dicat q ista nō ē regula prius allegata sed illa ē regula. Si antecedēs potest esse verum primarie signādo τ cōsequens falsum primarie signdo in casu possibili posito. tunc cōsequētia non valet.

Alia regula est hec. arguendo ab inferiori ad suum

superius negatiōe pposita nō vz oña. Ex q̄ sequitur q oña bona ē nō bona. Nā ista oña ē bona. nō nihil qd ē hō currit. g nō nullū aial currit. τ illa est nō bona. g τc. Añs p scda pte pbat p regulā. qr arguit ab inferiori ad suū superius negatiōe pposita. g nō vz oña. Et q oña sit bona pbat. qr oña cū q̄ cōuertit ē bona. g ista ē bona. Añs pbat. nā ista est bona. aliqd qd ē hō currit. g aliqd aial currit. τ illa cōuertitur cū priori. g prior oña ē bona. Et q prior oña ouertitur cū secūda. pbat. nā illa ppō non nihil qd ē hō currit. q̄ ē añs prime oñe eqpollet isti. aliqd qd ē hō currit q̄ ē añs secūde oñe. τ illa ppō. nō nullū aial currit. q̄ est oñs prime oñe eqpollet huic. aliqd aial currit. q̄ ē oñs scde oñe. g tota pria oña equipollet toti scde oñe. ista oña pz de se τ añs istius p regulā p cōtradic. g regula nō ē bene. ¶ Ideo p isto dicatur q arguēdo ab inferiori ad suum superius cū negatōe pposita imediate ante terminū inferiorē τ superiorem nō vz oña. sed in pposito arguitur ab inferiori ad suū superius cū negatiōe pposita nō imediate ante terminū inferiorē τ superiorem. qr vbū negatiuū mediat inter negatiōnē τ terminū inferiorē. τ inter negatiōnem τ terminū superiorem. ideo non arguitur per regulam.

Alia regula est hec. arguendo ab actiua ad suā passiuā ē oña bona.

Ex qua sequitur q oña bona ē nō bona. pbat sic. illa oña est bona: oīs hō videt hoīez. g hō videtur ab omi hoīe. τ ista ē nō bona. g τc. maior pz p regulā. Et q nō vz pbatur. qr in cāu p⁹li posito añs pt esse verū oñte eiusdē exnte falso. g nō vz oña. Añs pbo τ pono istū casum q oīs hō videat seipm solum τ nullū aliud aial. Isto casu posito hoc añs ē verū: vicz oīs hō videt hoīez. qr ei⁹ exponētes sunt vere τ ei⁹ singulares. Et oñs ē falsum. s. hō videtur ab omi hoīe. vt satis pz per eius singulares. ¶ Ideo p isto dicatur q illa ppō. hō videtur ab omi hoīe non est passiua isti⁹. oīs hō videt hoīez. sed ista ē sua passiua ab oī hoīe videtur hō. τ hec ē vera. vt pz p eius exponētes. ¶ Similiter ex eadē regula seqretur q hec oña foret bona. Promitto tibi denarium. g denari⁹ tibi pmittitur. Et q nō vz pbatur. Et pono q non sunt plures denarij q̄. A. B. C. τ q ego promitto tibi vnum τ nō limito tibi quē habebis. Isto posito est hoc antecedens verum. scz promitto tibi denarium. quia casus ponit id. Et consequens est falsum scz denarius tibi pmittitur. quia eius oppositum est verum scz nullus denarius tibi promittitur. quia est vniuersalis. cuius quelibet singularis est vera. quia

nec A.tibi promittitur nec.B.nec.C.⁊ nõ sunt plures denarij. vt post
casus.ergo nullus denarius tibi promittitur.

Ideo pro isto dicatur q̄ non arguitur ab actiua ad suam passiuam.⁊ causa est.quia termini eodem modo nõ supponũt in ista actiua.promitto tibi denarium sicut in illa passiua.denarius tibi promittitur qd requiritur ad hoc q̄ arguatur ab actiua ad suã passiuã. Et si queratur que sit passiua istius actiue.promitto tibi denarium.dicatur q̄ illa a me tibi promittitur denarius. In illa pñā iste termin⁹ denarius stat confuse tantũ sicut stat in sua actiua.⁊ hoc semper requiritur q̄ termini eodẽ modo supponãt in actiua sicut in passiua.

Alia regula est hec.si oppositũ cõsequẽtis nõ potest stare cum antecedente eiusdẽ est cõsequẽtia bona. Ex qua seqtur q̄ cõsequentia bona est nõ bona.probatur sic.nam ista cõsequentia ẽ bona. scʒ.ista cõsequentia ẽ bona.ergo tu es asinus.⁊ illa est nõ bona.ḡ ⁊c̃. Antecedens probatur pro vtraqʒ parte.primo pro prima parte ⁊ quero vtrum consequentia sit bona. Si dicatur q̄ sic. Tũc sic arguitur ista consequentia est bona ⁊ antecedens primarie sic sigt ꝓ hec consequentia est bona.ergo antecedens istius est veruʒ. Et vltra sequitur ista cõsequentia est bona et antecedens istius est verum.ergo ⁊c̃ consequẽs. vt patet per istam regulam. Ex falso verum . ex vero nil nisi verum. Et tunc arguitur ex consequente sic.consequens istius est verum ⁊ cõsequens istius est illa propositio. Tu es asinus.ergo illa propositio. Tu es asinus est vera.⁊ hoc primarie significando.vt suppositio.ergo seqtur q̄ tu es asinus. Et si dicatur q̄ illa consequentia non valet. Contra oppositũ consequentis non potest stare cum antecedente eiusdem. ergo consequentia bona.vt patet per regulam prius dictam. Antecedẽs probatur sic.si oppositum consequentis stat cum antecedenti eiusdem. Ponatur ergo ista possunt simul stare scʒ q̄ ista consequentia sit bona ⁊ tamen tu nõ es asinus. Tunc arguitur sic.vtrũqʒ illa um est verum. ergo antecedens est verum scʒ ista consequentia est bona.⁊ illud precise significat q̄ ista consequentia est bona.scilicet ista consequentia est bona.ergo tu es asinus.ergo sic est q̄ ista consequentia sit bona. Tunc arguitur sic.illa consequentia est bona ⁊ totum antecedens est verum. ergo consequens est verum ⁊ consequens est illud. Tu es asinus.ergo illud est verum.⁊ p cõsequens tu es asinus.

Ideo pro isto dicatur q̄ illa non est regula scilicet Si oppositum consequentis non potest stare cũ antecedente eiusdem est consequentia bona. ¶ Sed econtra hoc est si sit bona tunc oppositum consequentia non potest stare cum antecedente eiusdem.

¶ Et qñ q̃ritur vtrũ hoc argumentũ sit bonũ vel nõ. Ista ꝯña ē bona. ergo tu es asin⁹. q̃rat quã ꝯñam demõstrat. Et si dicat ꝙ demonstrat ꝯñam quã ꝑposui. dicat ꝙ nõ intelligo demõstratõez. ⁊ cã ē. q: ad hoc ꝙ itelligat aliq̃ ꝑpõ req̃rit distincta intellectio extremoꝝ ꝑ q̃ extrema intelligã rē distinctã ab illis ⁊ a tota illa ꝑpõne. sed sic nõ ē in ꝑposito. quia demõstrat propositio ꝑ ꝑtē suĩ ꝑplus. ⁊ ideo nõ est intelligibilis

Alia regula est hec si sit aliqua cõsequētia bona scita a te eē bona. ⁊ añs ē scitũ a te. tũc ꝯña ē scitum a te. Ex qua seq̃tur ꝙ ꝯña bona ē nõ bona. ꝑbat sic. ista ꝯña ē bõa. hoc nõ scitur a te. ergo hoc nõ scitur a te. ⁊ demõstro ꝑ vtrũq₃ illoꝝ hoc ꝯñs ei⁹dē ꝯñe. Tũc ista ꝯña ē bona. q: arguitur ab vno conuertibili ad reliquũ. ergo ꝯña bona. Et ꝙ nõ v₃ probatur. q: añs ē scitũ a te foreverũ vic₃ hoc nõ scitur a te. demõstrãdo ꝯñs ꝑ subiectũ añtis ⁊ cõsimiliter. añs ē veꝝ. q: sig̃t p̃cise sicut est ⁊ tñ imp⁹le ē hoc ꝯñs sciri a te p̃marie sig̃ndo sc₃ hoc nõ scitur a te. Si sit p⁹le ꝙ hoc ꝯñs sciatur ponat ꝙ sciat p̃marie sig̃ndo tũc arguitur sic hec ꝑpõ (hoc nõ scitur. ē scita a te. ⁊ nihil scitur nisi veꝝ. ergo hoc añs hoc nõ scitur ē verũ. ⁊ seq̃tur vltra. hoc cõseq̃ns est verum. sc₃ hoc nõ scitur ergo ista ē totaliter sicut sig̃t. ⁊ illud añs p̃marie sig̃t ꝙ ipsũ nõ scitur. ergo sic ē. cui⁹ oppositũ põit regula ¶ Jdõ forte dicatur ꝙ regula tenet vbi nõ repugnat ꝯñs sciri sed i ista repugnat ꝯñs sciri. idõ nõ procedit obiectio.
¶ Sed contra illam regulam arguitur sic. ⁊ suppono ꝙ in omi proposi/tione vera in cõceptu seq̃tur ipsã eē verã, sicut ista propositio. de⁹ ē. est in ꝯceptu vera. ergo ē vera. ⁊ ponatur ꝙ ista duo ꝯtradictoria. rex sedet. et nullus rex sedet. sint in cõceptu ⁊ scias ꝙ. B. sit vnũ istoꝝ. ⁊ scias bene istã propositionē cõuerti cu₃. B. isto casu posito tu scis istam ꝯñam esse bonã. B. est verũ. hoc est verum. ergo hoc ē verũ. q: arguitur ab vno cõuertibili ad reliquum. ⁊c. ergo ē scitũ a te vic₃. B. ē veꝝ. quia casus po/nit idem ⁊ cum hoc consequens nõ est scitum a te vic₃. hoc ē verũ. quia tu nescis qualiter hoc consequens significat. ¶ Jdeo pro isto dicatur ꝙ ista ē regula. si sit aliq̃ ꝯña bona scita a te esse bona. ⁊ añs ē scitũ a te. ⁊ nõ repug̃t ꝯñs sciri a te ⁊ scis qualiter añs ⁊ ꝯñs p̃marie sig̃nt. tunc sequitur ꝙ consequens est scitum a te. sed nõ est sic in proposito. quia in p̃ma obiectione repugnat conseq̃ns sciri. ⁊ in secunda obiectione nõ scis qualiter ꝯñs p̃marie significat

Alia regula est hec. a parte disiunctiui ad totũ disiunctũ ē ꝯña bona. Ex qua seq̃tur ꝙ ꝯña bona ē nõ bona. probatur sic. Ista ꝯña ē bona. Tu differs ab asino. ergo differs ab hoīe vel ab asino. ꝯña p₃ per regulam. Et ꝙ non valet. probatur sic. eo ꝙ anteced̄es ē veꝝ ⁊ consequens falsum. vt patet per eorum exponentes. ¶ Jdeo pro isto dicatur ꝙ regula habet sic intelligi. ꝙ arguendo a parte disiunctiui ad totum disiunctum sine impedimento est consequentia bona. sed in pro/posito arguitur cum impedimento. s. cum isto termino differs q̃ est ter/minus confundens.

Alia regula est hec. a toto copulato ad alteram eius partem est cõsequentia bona. Ex qua sequitur ꝙ cõsequentia bona est nõ bona. ꝓbaᵗ sic. Nã ista cõsequentia ẽ bona. Uos differtis ab hoīe ⁊ ab asino. ergo differtis ab hoīe. ⁊ ista est non bona. ergo ⁊c. ꝙ sit bona. patet ꝑ regulã. Et ꝙ nõ valet. ꝓbaᵗ q: antecedens ẽ verꝫ ⁊ consequens falsum. ergo nõ valet cõsequẽtia. ꝓbaᵗ sic. ꝑ eorꝫ exponentes. ❡ Jdeo pro isto dicatur ꝙ arguendo a toto copulato ad alterã ei⁹ partem sine impedimento ⁊c̃. vt supra.

Alia regula est hec. Si quelibet singularis alicuius vniuersalis sit vera. tunc illa vniuersalis est vera. Ex qua sequiᵗ ꝙ cõsequentia bona est nõ bona. Nam ista cõsequẽtia ẽ bona. quelibet singularis illius vniuersalis. Oīs homo currit. ẽ vera. ergo ꝑ regulam vniuersalis est vera. Et ꝙ ñ valet ꝓbaᵗ sic. Jn casu possibili posito añs põt eẽ verꝫ ⁊ cõsequens falsum. ergo nõ valet cõsequẽtia. Añs ꝓbatur sic. ⁊ pono illũ casũ ꝙ illa vniuersalis nõ habeat nisi tres singulares q̃rꝫ quelibet ẽ vera. ⁊ pono cũ hoc ꝙ illa vniuersalˡ sit falsa primarie significando Jsto casu posito añs ẽ verꝫ. vicꝫ istius vniuersalis quelibet singularis ẽ vera ⁊ cõsequens ẽ falsum scꝫ ꝙ illa vniuersalis sit vera. oīs hõ currit. cũ multi sunt homines nõ currẽtes. ❡ Jdeo pro isto dicaᵗ ꝙ nõ sequiᵗ quelibet singularis illi⁹ vniuersalis est vera. ergo illa vniuersalis ẽ vera. q: nõ est regula sed hec ẽ regula. Si q̃libet singularis alicui⁹ vniuersalis sit vera ⁊ cuilibet supposito subiecti correspõdeat vna singularis tũc vniuersalis est vera. sed sic nõ ẽ in ꝓposito. ergo cõsequẽtia nõ valet.

Alia regula est hec ab vniuersali affirmatiua ad suã singularẽ affirmatiuã sine debito modo nõ valet cõsequentia. sicut nõ seq̃tur. oīs hõ currit. ergo iste hõ currit. te demõstrando. Ex qua seq̃tur ꝙ cõsequẽtia bona est nõ bona. Nã ista cõsequẽtia ẽ bona. omis sol lucet. ergo iste sol lucet. q: in nullo casu p⁹li posito põt añs eẽ verꝫ ⁊ cõsequẽs falsũ. ergo cõsequẽtia bona. Et ꝙ nõ valet ꝓbaᵗ. q: arguitur ab vniuersali affirmatiua ad suã singularẽ sine medio. ergo nõ valet consequentia. ❡ Jdeo pro isto dicatur ꝙ q̃n arguiᵗ ab vlˡi affirmatiua ad suã singularẽ affirmatiuã cui⁹ subm̃ supponit ꝓ re corruptibili nõ valet cõsequẽtia sine medio. sicut ñ seq̃ᵗ. oīs hõ currit. ergo iste hõ currit. sꝫ dꝫ addere debitũ mediũ isto mõ. oīs hõ currit. iste ẽ hõ. ergo iste hõ currit. Sed ab vlˡi affirmatiua ad suã singularẽ affirmatiuam cui⁹ subiectum supponit pro re incorruptibili est consequentia bona sine debito medio vt omnis sol lucet. ergo iste sol lucet.

Alia regula est hec arguendo a tota disiunctiua ad alterã ei⁹ ptẽ cũ opposito vni⁹ ptis ẽ cõsequẽtia bõa. Ex q̃ sequitur ꝙ cõsequẽtia bona ẽ nõ bona. ꝓbaᵗ sic. nã ista cõsequẽtia ẽ bona. tu es asinus vlˡ tu nõ es asin⁹ sed tu nõ es asin⁹. ergo tu es asinus. cõseq̃ñtia

patet p regulã. Et q̃ nõ v3 pbat. q2 totũ añs ē ver̃ 7 pñs falsũ. ergo ñ valet pña. ¶ Ideo p isto dicat q̃ arguendo a tota disiũctiua ad alterã eius ptē cũ opposito vni9 ptis cui9 oppositũ nõ sumit in minori ē pña bona. vt sic arguẽdo. Tu es asin9 vł tu nõ es asinus. sed tu es asin9. ergo tu es asinus. vel sic tu es animal vel tu nõ es animal. sed tu es aial. ergo tu es animal 7c.

Alia regula est hec a tota disiunctiua ad alterã eius

partē ñ v3 pña. Ex qua seqt q̃ pña bona ē nõ bona. nã ista pña ē bona Tu es hõ vł tu es aial. ergo tu es aial. q2 in casu possibili posito añs nõ põt eē verũ 7 pñs falsũ. ergo pña bona. 7 q̃ nõ valet pbat p regula m. ¶ Ideo pro isto dicatur q̃ ista ē regula a tota disiunctiua ad alterã ei9 ptem cui9 neutra ps ē añs vel supior ad alterã nõ v3 pña sed sic nõ ē in pposito. q2 vna ps est añs ad aliã. ¶ Et notãdũ ē q̃ quattuor modis ē pña bona a tota disiunctiua ad alterã ei9 ptem. Primo mõ qñ vna ps a qua arguit ē iferior ad alterã cõcludẽdo superiorē ē pña bõa. vt tu es hõ vł tu es aial. ergo tu es aial. Scdo mõ qñ vna ps ē puertibił cũ alia pcludẽdo quãcũq3 ptē ē pña bona. vt tu es hõ vel tu es risibilis. ergo tu es risibilis. Tertio mõ qñ vna ps ē possibilis 7 alia impossibilis cõcludẽdo ptē possibilē ē pña bona. vt tu es asinus. vel tu es hõ. ergo tu es hõ. Quarto mõ qñ vna ps ē cõtingens 7 alia necessaria cõcludẽdo partē necessariã. vt tu curris. vel deus est. ergo deus est.

Alia regula est hec. a parte copulatiue ad totã copu

latiuã nõ v3 pña. Ex qua seqtur q̃ pña bona ē nõ bona. Nã ista consequẽtia ē bona. Tu es hõ. ergo tu es homo. 7 tu es aial. q2 in nullo cãu possibili posito añs põt eē ver̃ 7 cõsequens falsũ. ergo cõsequẽtia bõa. Et q̃ nõ valet pbat per regulã. ¶ Ideo pro isto dicat q̃ arguendo a pte copulatiue ad totã copulatiuã vbi neutra pars ē añs vel supior ad aliã nõ valet cõsequentia. sed sic non est in proposito. q2 vna pars ē añs ad aliã. ergo consequentia bona 7c.

Alia regula est hec. omnis ppositio de cõtingenti

debet conuerti p oppositas qualitates ab affirmatiua ad negatiuam 7 ecõtra. vt cõtingit regē sedere. 7 cõtingit nullũ regē sedere Ex q̃ sequit q̃ cõsequẽtia bona est nõ bona. nã ista cõsequẽtia ē bõa. Cõtingit nullum mouēs eē hoiē3. ergo cõtingit oē mouēs esse hominē vt p3 p regulã. Et q̃ nõ valet probat sic. Añs ē possibile 7 cõseqñs ip9le. ergo ñ v3 cõseqñtia. Añs pbat sic. q2 possibile ē nullũ mouēs eē hoiē3 7 cõsequēs ip9le. s. q̃ oē mouēs ē hõ. q2 celũ nõ ē hõ nec arbor. 7 sic de multis aliis. ¶ Iõ p isto dicat negãdo primã cõseqñtiã sc3 cõtingit nullũ mouēs eē hoiē3. ergo cõtingit oē mouēs eē hoiē3. 7 cã ē q2 nõ o3 q̃ vłis cõuertat in vłem sed sufficit q̃ vłis conuertat i pticularē. vt ista ppositio Contingit nullũ mouēs esse hominē. sic d3 conuerti. ergo contingit aliquod mouens esse hominem.

Alia regula est hec ab omnibus singularibus suffi cienter sūptis ad eoꝝ vl'e ē cōseqñtia bona. hoc ē veꝝ ⁊ hoc ē falsū. ergo veꝝ ē falsum. ꝯña. p3 ⁊ maioꝛ p3 ꝑ regulā ⁊ mīoꝛ ꝓbat̄ sic. q2 nō seq̄t hoc istoꝝ eē veꝝ ē p9le ⁊ hoc istoꝝ eē veꝝ ē p9le. ⁊ nō sunt pl'a istorum ergo vtrūq3 istoꝝ eē veꝝ ē possibile: demōstrādo ꝑ ly istoꝝ illa duo con tradictoria. Rex sedet. ⁊ nullus rex sedet. q2 añs ē veꝝ ⁊ cōseqñs falsu3 vt p3 ꝑ ei9 officiētes añtis ⁊ cōsequētis. ergo cōsequētia nō v3 ⁊ ē bōa ꝑ regulā. ergo cōtradictio ⁊c.

¶ Sil'r hoc ē veꝝ istū hoīe3 corrūpi ē p9le ⁊ istū hoīe3 corrūpi est p9le. ⁊ sic de singulis. ergo oē3 hoīe3 corrūpi ē p9le. cōseqñtia p3 ꝑ regulam Et ꝙ nō sit veꝝ ꝓbat̄. q2 añs ē verum ⁊ ōsequēs ē īpossibile. vt p3 per eius officiētes añtis ⁊ cōsequentis. ¶ Jō ꝓ isto dicat̄ ꝙ arguēdo a sin gularibus sufficiēter sūptis ad eoꝝ vl'e in ꝓpōnibus deinesse ē conse quētia bona sed sic nō ē in ꝓposito eo ꝙ ambe vniuersales sunt ꝓposi tiones modales. ⁊ ideo non procedit obiectio.

Alia regula est hec. oīs ꝓpositio vniuersalis habet cōuerti ꝑ accñs. Ex qua seq̄t̄ ꝙ cōsequētia bona ē nō bona Nā illa ē bo na. Oē veꝝ erit A. ergo qddā veꝝ erit A. p3 cōsequētia. q2 arguit̄ a con uertente ad suā cōuersā cōuersione ꝑ accñs. ergo cōsequētia bona. Et ꝙ nō v3 ꝓbat̄ sic. q2 in cāu possibili posito añs p̄t eē veꝝ ⁊ ꝯñs falsum. ergo nō v3 ꝯña. ꝙ ꝓbat̄ sic. ⁊ pono ꝙ A sit illa ꝓpō. deus ē q̄ sit vera ⁊ ꝙ illa ꝓpō deus ē sil'r sit vera. s3 ꝙ illa ꝓpō deus ē nūq̄ post hoc erit A. ⁊ pono cū hoc ꝙ nō sit nec erit aliqd A. nisi hoc A qd ē iā. tūc añs ē veꝝ oē A erit verū. vt p3 ꝑ eius exponētes ⁊ eius singulares ⁊ ꝯñs est falsū sc3 qddā veꝝ erit A. q2 eius cōtrariū ē veꝝ. vic3 nullū veꝝ erit A. q2 nullū veꝝ ꝙ ē A erit A. nec aliqd veꝝ ꝗ erit A erit A. ergo nullum veꝝ erit A. ¶ Ideo ꝓ isto dicatur ꝙ illa ꝓpositio oē A erit veꝝ ñ h3 sic conuerti. ergo quoddam verum erit A. ⁊ causa est. quia iste termi nus veꝝ ī antecedēte ponitur a parte p̄dicati respectu verbi de futuro ⁊ supponit tm̄ pro illo quod erit veꝝ ⁊ in consequente ponitur a parte subiecti respectu verbi de futuro ⁊ supponit indifferenter scilicet pro ta li ꝙ est verum. vel pro tali quod erit verū. ⁊ ideo mutatur suppositio. et sic non valet consequentia. Sed sic debet conuerti. Omne A erit veru3 ergo quoddam futurū verū est vel erit A. ⁊ sic patet responsio.

Alia regula ē hec. Cuicūq3 des possibile cōtingens debetur eidem. Ex qua sequitur ꝙ necessarium est contingēs. quia illa propositio est necessaria. Deus est. q2 sicut primarie significat. necesse ē esse. ergo est necessaria. Et q2 sit contingens probatur. quia est possibi lis. ergo est contingens. consequentia patet per illam regulam Cuicūq3 des possibile contingens detur eidem.

Ideo pro isto dicatur ꝙ dupliciter dicitur possibile; scȝ possibile valens ad opposita. ⁊ possibile nō valens ad opposita. Possibile valens ad opposita dr contingēs ad vtrūlibet. ⁊ isto modo loquendo de possibili ista ꝑpō (deus est) nō est possibilis valens ad opposita sed est possibilis non valens ad opposita. qꝛ est necessaria. ⁊ isto modo loquēdo de possibili ē cōced. ꝙ Ōis ꝑpō necessaria ē cōtingēs qꝛ ē possibilis. ¶ Et eodē mō dicatur ꝙ dupliciter dr cōtingens. scȝ cōtingens valens ad opposita. ⁊ contingens nō valens ad opposita. et iō ꝓ isto dicatur. cuicūqꝫ des possibile nō valens ad opposita. contingēs nō valens ad opposita detur eidem. Et possibile est deū esse. ergo contingens est deū esse. Ista ꝯña est bona. accipiēdo aūs ⁊ ꝯñs ꝓ possibili ⁊ contingenti nō valentibus ad opposita.

Iam dicendū est de vno dubio/ nunquid est aliqua ꝑpō categorica que nō sit alicuius quātitatis. Et videtur ꝙ sic. Nā illa ꝑpō. tm̄ hō currit. est categorica. ⁊ nō est alicuius quātitatis. ꝓbaꝛ sic. qꝛ si illa foret alicuius quātitatis foret indiffinita. Et ꝙ nō sit indiffinita ꝓbatur. Nam cuiuslibet indiffinite subiectū supponit determinate. sed subiectū istius ꝑpōnis supponit cōfuse tm̄. eo ꝙ est exclusiua affirmatiua. ergo nō est indiffinita ¶ Pro isto dicatur ꝙ illa ꝑpō. tm̄ hō currit est indiffinita. et qñ arguitur ꝙ nō. qꝛ subiectū supponit confuse tm̄. qd nō est verū de aliqua indiffinita. Dicatur ꝙ q̄uis iste termin⁹ hō in ista ꝑpōne. tm̄ hō currit. supponit confuse tm̄ sub ea rōne qua est subiectū exclusiue vel ea rōne qua confunditur ꝑ dictionē exclusiuā. ⁊ idē terminus hō rōne qua est subiectū preiacentis supponit determinate. qꝛ habet descendere ad sua supposita disiunctiue

Similiter dubiū est. Nunquid cuilibet vniuersali/ posset esse particularis cōtradicens in terminis synonymis. ꝓbo ꝙ nō. Nam illa ꝑpō est vniuersalis. Nullus hō preter te est asinus. qꝛ prim⁹ termin⁹ in ordine ꝓbabilis est vniuersalis. ⁊ sibi nō pōt ꝑpō ꝑticularꝭ cōtradicere in terminis synonimis. ergo dubiū est falsū. qꝛ nō est possibile ꝙ illa ꝑpō. aliqͥs hō preter te est asinus. cōtradicat vniuersali pri⁹ assignato. qꝛ ista est falsa. vt pȝ. ⁊ similiter vniuersalis assignata ē falsa ergo nō contradicit. ¶ Ideo ꝓ isto dicatur ꝙ dubiū est falsum. lȝ dicaꝛ ꝙ cuilibet vniuersali de simplici subiecto ⁊ p̄dicato. que nō ē exclusiua nec exceptiua. pōt ꝑticularis cōtradicere in terminis synonymis. Sed talis nō est vniuersalis assignata. ideo nō ꝓcedit obiectio. Et si q̄ratur qd est cōtrariū istius exceptiue. nullus hō preter te est asinus. Dicaꝛ ꝙ cōtrariū istius debet dari ꝑ vnā negationē totaliter p̄positā sicut. Non nullus hō preter te est asinus. qꝛ sic sigt ꝙ tu nō es asinus. nec aliqͥs hō a te est asinus. ⁊ iste ꝑpōnes sunt cause veritatis eiusdem.

¶ Similiter adhuc ꝓbatur ꝙ est aliqua propō categorica que nō est alicuius quātitatis. nā ista oīs hō preter sortē currit. est categorica. et ꝙ nō sit alicuius quātitatis ꝓbo. qꝛ si esset alicuius q̄ntitatis esset vniuersalis. sed sic nō ē hic. ergo ꝛc. Minor ꝓbat̄ sic. cuiuslibet vniuersalis subm̄ supponit ꝯfuse ꝛ distributiue. sed subm̄ istius nō sic supponit. ergo non est vniuersalis. ¶ Ideo ꝓ isto dicat̄ ꝙ ista ꝓpō. oīs hō preter sortē currit est vniuersalis. Et qn̄ arguit̄ ꝙ nō. qꝛ tūc oportet ꝙ eius subm̄ supponeret ꝯfuse ꝛ distributiue. qḋ est falsum. tūc dicat̄ ꝙ nō est falsum. quia cuiuslibet vniuersalis affirmatiue subm̄ supponit cōfuse ꝛ distributiue sub ea rōne q̄ ē subm̄ vlis ꝛ similit̄ supponit ꝯfuse tm̄. sub ea rōne q̄ est subm̄ exceptiue. ꝛ sic supponit ꝯfuse ꝛ distributiue vel ꝯfuse tm̄.

Alia regula est hec In oī cōsequētia bona ꝛ formali

quicq̄d sequitur ad an̄s sequitur ad ꝯn̄s. Ex q̄ sequitur ꝙ ꝯn̄a bona ē nō bōa Nā illa ꝯn̄a est bona. tripedale est. ergo bipedale est. vt sat̄ pꝫ. Et ꝙ n̄ vꝫ ꝓbat̄ sic. qꝛ aliq̄d sequitur ad ꝯn̄s qḋ nō sequtur ad an̄s. ergo nō vꝫ ꝯn̄a. An̄s ꝓbat̄ sic. nā sequtur bipedale est. ergo pedale est. p̄cise sua maxia medietas ꝛ tn̄ nō sequtur. tripedale est ergo pedale est. p̄cise sua maxima medietas. ergo aliq̄d sequtur ad ꝯn̄s qḋ nō sequtur ad an̄s. ergo ꝯn̄a nō valet.

¶ Pro isto dicatur ꝯcedendo regulā ꝛ ꝯcedendo ꝙ ꝯn̄a sit bona. tripedale est. ergo bipedale est. ꝛ similiter ꝯcedendo istā bipedale ē ergo pedale est p̄cise sua maxia medietas. Et qn̄ arguit̄ ꝙ nō vꝫ ꝯn̄a tripedale est. ergo pedale est p̄cise sua maxia medietas. dicat̄ dubitan̄. ꝯn̄am ex hoc ꝙ hoc relatiuū sua pōt referre ad illū terminū tripedale vel ad illū terminū bipedale. si referat̄ ad istū terminū bipedale est ꝯn̄a bona. sꝫ si referat̄ ad istū terminū tripedale nō vꝫ ꝯn̄a. ꝛ cā est qꝛ nō fit relatio ad illū terminū in alia ꝯn̄a ꝛ sic nō est eadē ꝓpō q̄ fuit prius. Et dicatur ꝙ regula nō tenet in ꝯn̄a materiali. nec in terminis dependentibꝰ. nec in terminis relatiuis. sed hic arguit̄ cū termino relatiuo. ꝛ sic nō vꝫ ꝯn̄a.

Alia regula ē hec/ Oē relatiuū hꝫ exponi p̄ et/ ꝛ p̄ ille

vel p̄ et ꝛ p̄ illa. vel p̄ et ꝛ p̄ illḋ. Ex q̄ sequtur ꝙ ꝯn̄a bona ē nō bona. nā ista ꝯn̄a ē bōa. tu differs ab aīali qḋ ē asinꝰ. ergo differs ab aīali. ꝛ illud est asinꝰ vtꝫ p̄ regulā. Et ꝙ nō vꝫ ꝓbat̄ qꝛ an̄s ē verū ꝛ ꝯn̄s falsum. ergo ꝛc.

¶ Pro isto dicat̄ ꝙ hec nō est regula sed ista. Oē relatiuū n̄ impeditū hꝫ exponi p̄ et ꝛ p̄ illud. sed ī ꝓposito impedit̄ p̄ hoc v̄bū differt. ꝛ sic n̄ ꝓcedit obḋ. Et similiter ē regula ꝙ nullū relatiuū relatū ad an̄s supponēs ꝯfuse ꝛ distri. nec ꝯfuse tm̄. hꝫ sic expōi sꝫ solū relatiuū hꝫ expōi p̄ et ꝛ p̄ illud. qn̄ refert̄ ad an̄s supponēs determīate ꝛ discrete. ꝛ nō alit̄.

Alia regula est hec/ Ab vniuersali ad suā exclusiuaꝫ

in terminis rectis trāspositis ꝛc̄. est ꝯn̄a bona. Ex q̄ sequtur ꝙ ꝯn̄a bona est nō bōa. nā illa ꝯn̄a est bona. q̄libet hō est vnꝰ solus hō. ergo tm̄ vnꝰ solus hō est hō. Et ꝙ nō vꝫ ꝓbat̄ sic. qꝛ an̄s est verū ꝛ ꝯn̄s falsū. ergo ꝛc̄ ꝛ ꝙ an̄s sit falsum ꝓbat̄ sic. mulier ē hō. ꝛ mulier est aliud q̄ vnꝰ solꝰ hō ergo nō tm̄ vnꝰ solus hō est hō.

E

¶ Ideo pro isto dicatur q nō ē exclusiua sua. q2 ad hoc q foret eius exclusiua reqritur q termini eodē mō supponāt in vna sicut in alia. et pro eisdē solūmodo. sed nō ē sic in proposito. q2 subiectū in vniuersali restringitur p ly quilibet. supponere pro masculis tm̄. et pdicatū in exclusiua tā pro masculis q̄ pro femellis. et ideo nō ē eius exclusiua. sed hec ē ei9 exclusiua. tm̄ vnus solus homo ē homo masculus

Alia regula ē hec / negatio p̄posita facit ppositionē

eqpollere suo ɔtradictorio. Probo q nō. q2 tūc seqtur q tu es asin9. qꝛ sequtur. aliquo currente tu es asin9. ergo dū aliqs currit tu es asin9. vel q2 aliqs currit tu es asin9. et si aliqs currit tu es asin9. sed q̄lıtercūqꝫ exponitur seqtur q tu es asin9. Si negetꝛ illa aliquo currente tu es asinus pponatꝛ illa. nō aliq curēte tu es asin9. Si ɔcedatꝛ. ergo nullo currēte tu es asin9. ɔn̄a probatꝛ sic. q2 negatio p̄posita facit ppōneꝫ eqpollere suo ɔtradictorio. Et tūc arguitꝛ sic ex ɔn̄te. nullo currēte tu es asin9. ergo dū nō aliqs currit tu es asin9. ɔn̄a pꝫ p regulā prius allegatā. q2 ablatiu9 casus absolutus hꝫ exponi p dū. si. q2 et qn̄. Et seqtur dū nō aliqs currit tu es asinus. sed nō aliqs currit (vt suppono) ergo tu es asinus.

¶ Pro isto dicatꝛ ɔcedēdo regulā et negādo. aliq currente tu es asinus et etiā nullo currēte tu es asinus. q2 nec sunt opposita. q2 iste sūt ppōes hypotetice ideo nō sūt opposita. et qn̄ arguitꝛ. nō aliq currēte tu es asin9 dicatur concedendo. et tūc qn̄ concluditꝛ. ergo nullo currēte tu es asinus negetꝛ ɔn̄a. nec stant ɔtradictorie q2 vtraqꝫ istaꝝ ē hypote. Et tūc qn̄ arguitur ex an̄te. nō aliquo currēte tu es asinus. ergo dū non aliqs currit tu es asinus. Dicatur negādo illā ɔn̄am. q2 ī an̄te illa negatio nō. negat totū. et in ɔn̄te nō. negat nisi vnā pticulā. iō oportet sic argui. nō aliquo currente tu es asinus. ergo nō ē ita. dū aliqs currit tu es asinus.

Alia regula est ista / negatio postposita facit ppōnē

equipollere suo ɔtrario. Ex q̄ pbo q nullū aīal est. q2 nullū aīal aīal est ergo nullū aīal est. ɔn̄a ptꝫ q2 ex opposito ɔn̄tis sequtur oppositū an̄tis. Nā seqtur aliqd aīal ē. g aliqd aīal aīal est. An̄s pbo. q2 quodlibet aīal aīal nō ē. g nullū aīal aīal ē. ɔn̄a pꝫ. q2 negatio postposita etc. An̄s pbo sic. hoc aīal aīal nō est. et hoc aīal aīal nō est. et sic de aliis. g etc. ɔn̄a pꝫ. a singularib9 sufficienter sūptis. etc. An̄s pbatꝛ. hoc aīal asin9 nō est. et oīa asin9 est aīal. g etc. ɔn̄a pꝫ ab inferiori ad suum supius negatōe postpo.

¶ Pro isto dicatur q negatio postposita facit ppōnem eqpollere suo ɔtrario si imediate p9ponatur termīo distributo. sicut ī illa qlibet aīal aīal nō ē. negatio ñ imediate postponatꝛ termīo distributo. ō nō tꝫ reg.

¶ Modo quero quod sit oppositū illius exceptiue.

Nullus hō p̄ter sortē est asin9. Quidā dicūt q hoc est eius oppositum. aliqs hō alius a sorte est asinus. vel s. nō est asin9. pbatur q nō. q2 hec est categorica. et suū oppositū est. g suū oppositū ē catego. Minorē pbo hec est vniuersalis g est categorica. an̄s pbatur. hic subijcitur termin9 cōis signo vniuersali determiat9. ergo est vniuersalis.

¶ Ex ista ppōne volo pbare q nulla est ppō catego. in mūdo. Et sic. q̄libet ppō signs copulatiue vel disiūctiue est copulatiua vel disiūctiua q̄libȝ ppō sigt copulatiue vel disiūctiue. ḡ nulla ē ppō cate. Añs pbat q̄cūqȝ ppōne assigta illa sigt copulatiue vel disiunctiue. ḡ añs est vera Añs pbat ꝛ capio istā ppōnē (deꝰ ē) ista sigt copulatiue qꝛ sigt q deꝰ ē ꝛ q pria cā ē. ḡ q̄dā dicūt q vniuersalis ꝛ pticular ꝛ eiꝰ oppositū ꝯuertunt p qđ illa ē vniuersalis ¶ Jdeo dico q nō reqrit q ois vlis negari hēat pticularē affir. sed hoc ē verū de simplici subiecto ꝛ pdicato. Jdeo. dico q oppositū illiꝰ. nuliꝰ hō pter sortē est asinꝰ. ē hoc. nōnulꝰ hō pter sortē ē asinꝰ. ꝛ illa hȝ cās vitatꝭ s. aliqs hō aliꝰ a sorte ē asinꝰ vel sortes nō ē asinꝰ. ꝛ nō seqt illa sigt disiūctiue ḡ ē disiūctiua. nec seqt ista sigt copulatiue. ergo ē copulatiua. ¶ Jā dicēdū ē qđ reqrit ad hoc q aliqua duo sint cōtradictoria. quidā dicūt q̄cq̄d vere affirmat de vno negat de alio. Ex illa pbat q illa ꝯña ē bōa. nullꝰ hō currit. ḡ nullū aial currit. qꝛ in illa hō currit affirmat ens eē. ꝛ i suo opposito negat ens esse. sȝ nullo modo negatur ens eē nisi in isto modo nullū ens est. ergo ista ꝯñequē/tia ē bōa. nullus hō currit. ḡ. nullū ens ē. ꝛ seqt nullū ens est. ergo nullū aial currit. ergo a primo ad vlti. nullus hō currit. ergo nullū aial currit. Et ita volo pbare q illa ē ipꝰlis. nullus hō currit. qꝛ sigt sicut ipꝰle est esse. ergo ē ipꝰlis. añs pbat. ista sigt nullū ens eē. sed nullū ens esse est ipꝰle. ḡ. ista ppō nullus hō currit ē ipꝰlis. ꝛ suū ꝯtrariū ē. ḡ suū ꝯtrariū est verū. pbat ꝯña. qꝛ si vnū ꝯtradictorioꝝ sit ipꝰle. reliquū erit necm̄. qđ ē hoc. hō currit. ꝛ q illa reg. sit vera pȝ p phm̄. li. piarmeniaꝝ. vbi dicit. q̄litercūqȝ ꝯtingit affirmare i vno ꝯtradictorio. oȝ negare in alio. ¶ Ad hoc dico. q ad hoc q aliq̄ sint ꝯtradic. oȝ q sit ita sicut prio ꝛ principalit sigt p vnū. ꝛ nō sit ita sicut prio ꝛ principalit sigtur p reliquū ꝛc.

Alia regula est hec. Dis ppō vniuersalis negatiua

hȝ ꝯuerti simplicit. Et q ista reg. sit falsa pbat. qꝛ ista ꝯña n̄ vȝ. Nullus sortes fuit albus. ḡ nullū albū fuit S. ꝛ hec ē ꝯuersio simplex. Et q ꝯña nō vȝ pbat. ꝛ pono q nūq̄ añ hoc sortes fuit albꝰ. ꝛ q sortes nūc primo sit albus. tūc añs ē verū ꝛ ꝯñs falsū pbat sic. qꝛ eius oppo. ē verū. ḡ ꝯñs falsū. añs pbat. aliqđ albū fuit sortes. ꝛ hoc ē eiꝰ oppo. ḡ. maior pbat. Jllud qđ ē albū ꝛ fuit albū fuit sortes. ḡ aliqđ albū fuit sortes ¶ Jdeo dico ꝯcedēdo regulā. ꝛ tūc ad argumētū qñ dr. illa ꝯña nō vȝ. ꝛ illa est ꝯuersio simplex ḡ. ꝯcedat ꝯña. ꝛ neget minor. ꝛ dicat q sic debȝ ꝯuerti. nullus sortes fuit albus. ergo nullū pteritū albū ē nec fuit sortes

¶ Contra istā reg. ab inferiori ad suū supius. ē ꝯña bōa. pbat q nō. qꝛ illa ꝯña n̄ vȝ. tu es hō. ḡ tu es nō hō. ꝛ tñ ille terminus non hō. est supior ad istū terminū hō. qꝛ plus ꝯtinet sub se. q̄ iste terminus hō. ḡ. supior. ¶ Ad illud dicat q iste termi. hō nō ē inferior ad illū termi. nō hō. nec iste ter. nō hō ē supior ad istū ter. hō. qꝛ lȝ iste termi. nō hō. sigt plura q̄ ille term. hō. n̄ tñ sigt idē qđ reqrit ad hoc q vnū sit supius ad aliud. ꝛc

Expliciunt obiectiones sequentiaꝝ.

Sophisma ē oratio deceptoria ad cuius vtrā qʒ partē cōtingit euidenter arguere

¶ Tria requirunt ad sophisma scʒ ꝓbatio. improbatio. ⁊ solutio. Probatio ē ostēsio veritatis. Improbatio ē ostensio falsitatis. Solutio ē manifestatio cautele ꝑ quā accidit falsitas vel deceptio. ¶ Sciendū ē ꝙ quattuor modis debem⁹ rn̄dere ad argumentū vel ad sophisma. scʒ cōcedendo. negādo. dubitando. vel distinguendo. Cōcedendo qn̄ ē verū Negando. qn̄ est falsum. Dubitādo qn̄ ē dubiū. Distinguēdo quādo est multiplex. Et est multiplex qn̄ habet plures sensus quoꝝ vnus ē falsus ⁊ alius verus. Si cōcedat sophisma. tunc rn̄dendū est ad eius improbationē. Si negat. tunc rn̄dendū est ad ei⁹ probationē. Et ponit philosophus istā regulā. Nulla est affirmatiua vera in qua vniuersale vniuersaliter sumptuʒ p̄dicatur de se. hoc habet intelligi in terminis habentibus multa supposita in actu. vt oīs hō ē oīs hō. sed in negatiuis non tenet ista regula ⁊c. ⁊ sic sequitur sophisma.

Omnis homo est omnis homo. Istud sophisma

ꝓbatur sic. iste homo est iste homo. ⁊ ille hō est iste hō. ⁊ sic de singulis. ergo oīs hō ē omnis hō. ꝯn̄a pʒ a singularib⁹ sufficiēter sumptis ad eorū vniuersale. ergo ꝯn̄a bona. Añs ꝓbat sic. Ad habēdū singulares alicuius vniuersalis nō plus requirit nisi demere signuʒ vniuersale et in loco eius ponere ꝓnomē demōstratiuū: ⁊ sic est in ꝓposito. ḡ ꝯn̄a bōa. Añs probatur sic. Iste sunt singulares alicui⁹ vniuersalis. sed nulli⁹ nisi istius scʒ. oīs hō est omnis hō. ergo sūt eius singulares. Similiter sophisma probat sic. Nulla ꝓpositio ē verior illa in qua idē p̄dicat de se. sed hic idem predicat de se. ergo sophisma verū. Minorem ꝓbo idē est subiectum ⁊ predicatum. ergo ⁊c. ¶ Ad oppositū arguitur sic. Nulla est ꝓpositio vera in qua vniuersale vniuersaliter sumptū p̄dicat de se. sed sic est hic. ergo sophisma falsū. Añs ꝓbat sic. eius ꝯtrariū ē verum. ergo hoc ē falsum. Añs ꝓbatur sic. hoc ē suū cōtrariū. aliqd qd ē homo nō est oīs homo. ⁊ hoc est verū. ḡ eius cōtrariū est verum. Añs ꝓbatur sic. hoc ē suum cōtrariū. aliqd qd est hō nō ē oīs hō. ⁊ hoc est veꝝ. ergo eius cōtrariū est veꝝ. Añs ꝓbat sic. qr ē ꝑticularis cuius q̄libet singularis est vera. ḡ ꝑticularis ē vera. Añs ꝓbat sic. hoc qd ē homo non est oīs homo. vel hoc qd ē hō nō est oīs homo. ⁊ sic de singulis. ḡ aliqd qd est homo nō est omnis homo ⁊c. ¶ Similiter sic improbat suū cōtradictoriū est verum. ergo sophisma falsum. Añs ꝓbat sic. hoc est verum. nihil qd est homo ē oīs homo. ⁊ hoc ē suū cōtrariū. ḡ sophisma falsum. ¶ Pro isto dicendū est. negando sophisma qr est vniuersalis cui⁹ quelibet singularis ē falsa. Et ad primū argumētū qn̄ dicit ꝙ iste hō ē iste hō ⁊ iste hō ē iste hō. ⁊ sic de singul. Querēdū ē vtꝝ idē hō demōstrat ꝑ subiectū ⁊ p̄dicatū. si sic neget ꝯn̄a. Si aliud demonstrat ꝑ subm̄. ⁊ aliud

p predicatū. cōcedatur ꝯña. ⁊ negetur añs. qꝛ est impossibile.

¶ Ad aliud qñ dr ꝙ arguit a singularib⁹ sufficienter sumptis. Dicēdū est ꝙ nō sunt eius singulares. sed sunt singulares istius vniuersalis. ois hō est iste hō. ⁊ singulares istius. ois hō est ois hō. sunt iste. Iste hō est ois hō. ⁊ iste hō est ois hō. ⁊ sic de singulis. ¶ Ad secundū argumentū qñ dr. ad habendū singulares alicuius vniuersalis nō plus reqritur ⁊c̄ Hoc verū est a pte subiecti sed nō a pte p̄dicati. Et ad aliud qñ dr. sunt singulares alicui⁹ vniuersalis. sed nulli⁹ nisi istius. cōcedatur ꝯña ⁊ negetur añs ꝓ minori. ⁊c̄. ¶ Item ad aliud qñ dr ꝙ nulla ꝓpō est verior illa. ⁊c̄. concedat ꝯña ⁊ negetur añs ꝓ minori. Et ad ꝓpōnem idem est subiectū ⁊ idem p̄dicatū. ꝯcedatur ꝯña. ⁊ negetur añs. qꝛ hō est subm̄ ⁊ ois hō est p̄dicatū. Dico ꝙ illa regula hꝫ intelligi. nulla ꝓpō est verior illa vbi res sigta p subiectū est res sigta p predicatū. ⁊ sic pꝫ rñsio

Omnis homo est totum in quantitate.

¶ Istud sophisma ꝓbatur sic. Iste homo est totū in quntitate. ⁊ iste. et ista. ⁊ sic de singulis. ergo ois homo est totū in quantitate. ꝯña patet. a singularib⁹ sufficienter sumptis ad eoꝝ vniuersale. ergo ꝯña bona. añs ꝓbat sic. Iste hō ē totū ⁊ ē i quātitate. ergo iste hō est totū in q̄ntitate. ꝯña patet a duobus p̄dictis diuisis ad vnuꝫ cōiunctū. vbi nulla ps alit sigt in cōpositione ꝙ sigt p se. ergo ꝯña bona. Et ꝙ iste homo sit totum ꝓbatur sic. iste homo est cōposit⁹ ex oibus suis partibus integralib⁹. ergo iste hō est totū. Et ꝙ sit in quantitate ꝓbatur sic. Iste homo est in loco. ⁊ ois locus ē quantitas. ergo iste homo est in quātitate. añs ꝓbo sic. iste homo est in certo loco in quo est. ergo iste homo est in loco. ꝯña patet ab inferiori ad suū supius sine aliquo impedimento. g̃ ꝯña bona.

Ad oppositum arguitur sic

Omnis homo est totū in quātitate. iste est homo. ergo iste hō est totuꝫ in quātitate. ꝯña pꝫ qꝛ est syllogismus in Darij. ⁊ ꝯñs est falsum g̃ añs. sed nō minor. ergo maior. ⁊ illud est sophisma ergo falsum. Et ꝙ añs sit falsum ꝓbo sic. qꝛ seqtur. iste homo est totū in qnātitate. ergo totum in quātitate est iste hō. ꝯña pꝫ per ꝯuersionē simplicem. Tūc sic. totum in quantitate est iste homo. ergo omne in quātitate est iste homo. ꝯña pꝫ ab vno cōuertibili ad reliquū. Tūc arguitur sic. omne in q̄ntitate ē iste homo. asinus est in q̄ntitate. ergo asinus est iste homo.

¶ Pro isto dicatur/Concedendo sophisma/quia est vniuersalis cuius quelibet singularis est vera. ¶ Tūc ad primū argumentū improbatōnis qñ dicitur ꝙ omnis homo est totū in quātitate ⁊c̄ cōcedatur ꝯña. ⁊ negetur ꝙ añs est falsum. Et qñ arguitur sic. totum in quātitate ē iste homo. ergo omne i quātitate ē iste homo. negetur ꝯña. qꝛ omne ⁊ totū nō cōuertūtur. qꝛ hoc signū vniuersale omne/distribuit

ꝓ partib⁹ subiectiuis. ꝛ hoc signū totū distribuit ꝓ ptib⁹ integralib⁹ ¶ Et nota ꝙ pars integralis est illa que cōtinet minorē materiā ꝛ constituit totū integrale. vt manus. pes. digitus ꝛ similia. ¶ Pars vero subiectiua est illa que est minoris cōitatis ꝛ constituit vniuersale. vt homo asinus. bos. ꝛ simila. Uel pars subiectiua ē sigtio alicuius vniuersalis. ꝛ pars integralis est manus. vel pes. vel aliqd membꝝ. ¶ Et etiā qñ vlterius arguit. Iste hō est totū in quātitate ḡ totū in q̄ntitate ē iste hō negetur ꝯña. ꝛ distinguat de ꝯñte. eo ꝙ ly totū in ꝯñte sumitur categeromatice vel sincategeromatice. Si sumatur categeromatice ꝯcedat ꝯña ꝛ ꝯñs. Si sumatur sincategeromatice ꝯña nō valꝫ. ¶ Pro quo nota ꝙ qñ iste termin⁹ totū totaliter p̄cedit in ꝓpōne pōt sumi categeromatice vel sincategeromatice indifferēter. sed qñ aliqs termin⁹ p̄cedit ipsum solū accipit categero. Item qñ accipitur sincateg. est signū vniuersale distribuens ꝓ ptibus integralib⁹. Sed qñ capitur categero. idem sigt qd aliqd totum aggregatū. Pars subiectiua est singulaꝝ alicui⁹ vniuersalis. ꝛ pars integralis est membꝝ. ꝛc.

Omnis homo est vnus solus homo

¶ Istud sophisma ꝓbatur. Iste hō est vn⁹ solus hō. ꝛ iste hō est vn⁹ solus hō. ꝛ sic de singulis. ergo oīs homo est vnus solus homo. ꝯña ptꝫ a singularibus sufficienter sumptis ad eoꝝ vniuersale. ḡ ꝯña bona ¶ Aliter ꝓbatur sic. Tm̄ vnus solus hō est hō. ḡ oīs hō ē vn⁹ sol⁹ hō ꝯña patet ab exclusiua ad suū vniuersale in terminis rectis ꝛ in termis trāspositis ꝛ in singu. nūero. ergo ꝯña bona. Añs ꝓbatur sic. quilibꝫ hō est vnus solus homo. ergo tm̄ vn⁹ solus hō est hō. ꝯña patet ab vniuersali ad suam exclusiuā. ergo ꝯña bona. ¶ Similiter sic. oīs hō mascul⁹ est vnus solus homo. nulla mulier est homo. ḡ oīs homo ē vnus solus homo. ꝯña pꝫ. ꝛ minoꝛ ꝓbatur sic. Oīs homo differt a muliere. ḡ nulla mulier est homo. añs ꝓbatur sic. p eius exponētes. oīs homo est. ꝛ mulier est. ꝛ nō oīs homo est mulier. ergo oīs homo differt a muliere. ꝯña patet ab exponentib⁹ ad expositum. ergo ꝯña bona.

Ad oppositum arguitur sic.

¶ Omnis homo est vnus solus homo. mulier est homo. ergo mulier ē vnus solus homo. Ista ꝯña est bona ꝛ ꝯñs ē falsum. ergo ꝛ añs. sed nō minoꝛ ergo maioꝛ. ꝛ maioꝛ est sophisma. ergo sophisma falsū. Et ꝙ ꝯñs sit falsum ꝓbatur sic. q: seqtur mulier est vnus solus hō. ergo mulier ē masculus. ꝛ hoc est falsum ¶ Aliter improbatur sic. aliqd qd ē hō non est vnus solus homo. ergo non oīs homo est vnus solus hō ꝯña pꝫ ab equiuollente ad suū eqpollens. ḡ ꝯña bona. añs ꝓbat sic. q: hec est pticularis hñs vnā singularē verā. ḡ pticularꝭ vera. añs ꝓbat sic. q: aliqd qd est hō nō est vn⁹ solus hō. q: hoc qd est hō nō est vnus solus homo demōndo mulierem. ꝛ hoc est aliqd qd est hō. ḡ nō oīs hō ē vn⁹ sol⁹ hō ꝯña pꝫ medio termīo exñte hoc aliqd. est necesse duo extrema ꝯiūgi. ꝛc

¶ Pro isto dicatur/negando sophisma

¶ Et ad primũ argumentũ qñ dicitur. iste homo est vnus solus homo ꝛ iste. ꝛ iste. ꝛ sic de singulis. Querẽdũ ẽ vtrꝫ iste termin⁹ sic de singulis supponit tam ꝓ masculis ꝙ ꝓ femellis. si sic cõcedat̃ ꝯña. ꝛ neget̃ añs. qꝛ habet vnã exponentẽ falsam. Si tm̃ ꝓ masculis negetur ꝯña. Et qñ dicitur a singularib⁹ sufficiẽter sumptis. neget̃ illud. Et ad aliud bñ dr̃ Tm̃ vnus solus hõ est hõ. ḡ oĩs hõ est vnus solus homo. cõcedat̃ ꝯña. ꝛ neget̃ añs. qꝛ hꝫ vnã exponentẽ falsaꝫ. ¶ Ad aliud qñ dr̃. q̃libꝫ homo est vnus solus hõ. ḡ tm̃ vnus solus homo est hõ. neget̃ ꝯña. Si dicat̃ ꝙ ꝯña tenet ab vniuersali ad suã exclusiuã. ḡ ꝯña bona. negetur qꝛ nõ est eius exclusiua. Et cã est. qꝛ p̃dicatũ in exclusiua nõ supponit p̃cise ꝛ pro eisdem ꝓ quibus supponebat subiectũ in vniuersali. q̃a p̃dicatũ in exclusiua supponit tam ꝓ masculis ꝙ ꝓ femellis ꝛ subiectũ in vniuersali supponit ꝓ masculis tm̃. ¶ Et ad aliud qñ dicitur. Omnis hõ masculus ẽ vnus solus homo. nulla mulier est homo. ergo oĩs homo est vnus solus homo. cõcedatur ꝯña. ꝛ negetur añs ꝓ minori. ¶ Et qñ arguitur Omnis homo differt a muliere. concedatur ꝯña. ꝛ negetur añs. Et qñ ꝓbatur ꝑ eius exponentes. negatur ꝯña. quia secũda exponens nõ est eius exponens. qꝛ exponit̃ rõne istius termini differt. vbi debet exponi rõne istius termini omĩs. qꝛ sic habet exponi. homo differt a muliere. ꝛ nihil ẽ homo q̃n ille differt a muliere. ꝛ hoc est falsum. qꝛ mulier ẽ aliq̃d quod ẽ homo. ꝛ illd̃ nõ differt ab muliere.

Omnes apostoli dei sunt duodecim

¶ Istud sophisma sic ꝓbat̃. Isti sunt duodecim ꝛ isti sunt oẽs apostoli dei. ergo omnes apostoli dei sunt duodecim. ꝯña patet ꝑ hanc regulã. Medio termino existẽte hoc aliq̃d. necesse ẽ extrema cõiungi ¶ Et nota ꝙ qñ hoc aliquid est medius terminus tũc ẽ syllogismus.

Ad oppositum arguitur sic

¶ Omnes apostoli dei sunt duodecim. petrus ꝛ paulus sunt apostoli dei. ergo petrus ꝛ paulus sunt duodecim.

¶ Similiter sic. Aliqui sunt apostoli dei qui non sunt duodecim. ergo nõ omnes apostoli dei sunt duodecim. ꝯña ptꝫ ab equipollente ad suũ equipollens. añs ꝓbatur sic. Duo sunt apostoli dei. ꝛ duo nõ sunt duodecim. ergo aliqui sunt apostoli dei qui nõ sunt duodecim

Pro isto respondendum est distinguendo sophisma

eo ꝙ hoc signum vniuersale omnis. potest sumi collectiue vel diuisiue. Si sumatur collectiue. tunc significat ꝙ oẽs apostoli dei simul sumpti sunt duodecim. ꝛ si sic sophisma est verꝫ. Sed si sumatur diuisiue. neget̃ sophisma. quia tunc significat solum ꝙ isti sunt duodecim. demõstrãdo petrũ ꝛ paulum quod est falsum

Ad istam cõsequentiam respondeatur negando minorẽ ⁊ ad ꝑbationẽ minoris ꝑ veritate añtis capitalis ꝯñe det tota ipsa ꝑbatio. Sed ad minorẽ ꝑbationẽ ꝑ falsitate ꝯñtis negetur añs ⁊ negetur ꝙ ei⁹ oppositũ est verũ. ad cui⁹ ꝑbationẽ negetur argumentũ fcm̃ a resoluentibus ad resolutũ. ⁊ dicat ꝙ scđa resoluẽs non bene assignat sed sic assignari debet. hoc est nõ verũ nec falsum. q: negatio ve infinitatio ꝑposita subiecto nedũ ptẽ subiecti verũ qñq; totum subiectum negat aut infinitat. g̃. ⁊c.

Expliciunt consequentie alyngtoñ.

Sequitur de fallaciis.

¶ Incipit tractatus de Fallaciis

Quoniã ꝓpter ignorantiã multiplicitatis in dictione vel oratione/ plures plogizare contingit. ideo de fallaciis quot ꝛ que sint cum suis sophismatibus est dicendum

¶ Et sciendũ est primo ꝙ quattuor sunt species disputationis. scilicet doctrinalis. dyalectica. temptatiua. ꝛ sophistica. ¶ Doctrinalis est illa que ꝓcedit ex veris ꝛ immediatis principiis qualiter geometer disputat (cuius finis disputationis est scire ¶ Dyalectica est illa que ꝓcedit ex ꝓbabilibus. Et ꝓbabilia sunt illa que videntur pluribꝰ esse vera. vel maxime sapientibus (cuius finis est discernere verꝫ a falso) ꝛ hec disputatio intendit ad vtrãq; partẽ ꝯtradictionis. ¶ Temptatiua est illa. q̄ ꝓcedit ex his que videntur rñdenti ꝯcludere (cuius finis est ignorãtiã rñdentis experiri) ¶ Quarta ꝛ vltima disputatio est sophistica. ꝓcedẽs ex ꝓbabilibus apparentibꝰ, ꝛ tñ sunt improbabilia (cuius disputatõis finis est ducere rñdentẽ ad aliquã metã.) Et dicitur sophistica copiosa ab apparente sapientia ꝛ nõ exñte. ¶ Et sciendũ est ꝙ meta est aliqđ incõueniens ad qđ aliqs apponens ꝓponit deducere rñdentẽ in sophistica disputatione. ¶ Vñ sciendũ est ꝙ quinq; sunt mete. scꝫ redargutio. inopinabile. falsum. solecismꝰ. ꝛ nugatio. Redargutio est que dicit p̄negati ꝯcessio vel p̄concessi negatio. Secũda meta dicit inopinabile qđ est ꝯtra opiniones oĩm ꝛ maxime sapientũ. vt solem nõ esse maiorẽ tota terra. Tercia meta est falsum. qđ manifeste significat aliter q̄ꝫ est Quarta meta est solecismus. qđ viciũ est in grãmatica. Ut vir bona. ꝛ spõsa meus. Quinta meta est nugatio. ꝛ est Nugatio vnius ꝛ eiusdem inutilis repetitio.

Nunc dicendũ est quid sit fallacia.

¶ Fallacia est falsa credulitas generata ex animo auditorꝫ. Et sunt duo modi arguendi scđm fallacias. Uno mõ in dictõne. Alio mõ extra dictionẽ ꝛ est in orõne. ¶ Fallacie in dictione sunt sex. scꝫ equiuocatio. amphibolia. cõpositio. diuisio. accentus ꝛ figura dictionis. ¶ Fallacie extra dictionẽ sunt septem. scꝫ fallacia accidentis. fallacia scđm quid ꝛ simpliciter. fallacia ignorantie elenchi. fallacia petitionis principii. fallacia consequentis. fallacia scđm nõ causam. ꝛ fallacia scđm plures interrogationes vt vnũ facere.

Post hoc sciendũ est. ꝙ triplex est multiplicitas in fallaciis in dictione. scꝫ actualis. potentialis ꝛ fantastica.

¶ Actualis ē q̄ fit in fallacia equocatiōis ⁊ amphibolie. Potētialis ē que fit in fallacia cōpositionis diuisiōis ⁊ accentus. Fantastica ē que fit in fallacia figure dictionis. ¶ Multiplicitas actualis ē que ꝑ eādez vocē cū eodē modo ꝓnunciandi plura significat. vt canis celeste sydus marinā beluā. ⁊ aīal latrabile sigt. Et dicit̄ actualis multiplicitas eo ꝙ elicit̄ ex ydēptitate vocis secūdū materiā ⁊ formā. ⁊ forma ē modus ꝓnunciādi. Materia littere ⁊ syllabe. ¶ Multiplicitas potētialis ē que per eādem dictionē sub diuerso modo ꝓnunciādi desigtur. ⁊ maxie cōtingit in fallacia accent⁹. ⁊ talis ē multiplicitas in ista dictiōe pendere que alio modo significat media correpta quā media ꝓducta. Similiter in fallacia cōpositiōis ⁊ diuisionis est talis multiplicitas eo ꝙ respectu eiusdē vocis cū diuerso modo ꝓnunciādi plura sigtur. Et dicitur potentialis eo ꝙ in potentia ꝓnūciādi talis vox sigt plura sed nō tñ in actu ⁊ cā ē. q2 nō in actu duos modos ꝓnunciādi habet. ¶ Fantastica multiplicitas ē illa que capit̄ ex fantasia cū imaginatione eadē dictione manente secūdū materiā ⁊ formā sicut ē multiplicitas istius termini hō. q̄tenus supponit ꝑsonaliter ꝓ isto hoīe aut ꝓ isto quaten⁹ supponit pro specie hoīs vel ꝓ illa natura. ¶ Et sciendū ē ꝙ actualis multiplicitas est in voce materiali. potētialis in scripto. ⁊ fantastica in ꝯceptu. ⁊c.

Equiuocatio ē diuersa significatio alicuius termini

positi in orōne s̄m ꝙ ponit̄ i eadē. Fallacia equocatiōis deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ dictio significās pl'a sit vna. Credit̄ ꝓpter hoc ꝙ ei⁹ significatio sit vna. Cā apparētie ē ydēptitas vocis secūdū materiā ⁊ formā Cā nō existentie est diuersitas significationis.

Tribus modis fit equiuocatio.

Unus mod⁹ est qñ vna dictio sigt plura primo ⁊ principaliter. ¶ Secūdus mod⁹ ē qñ vna dictio sigt vnū primo ⁊ principaliter ⁊ aliud trāsūptiue. ⁊ hoc ē qñ vna dictio transfert̄ a ꝓpria significatiōe ad iꝓpriā. ¶ Tertius modus ē qñ aliqua dictio ꝑ se posita sigt vnū solū ipa tñ cōiuncta cū alia ⁊ sigt plura. penes primū modū fiūt ꝑlogismi tales. Ois canis currit. celeste sydus ē canis. ergo celeste sydus currit.

Solutio est equiuocatio in hac dictione canis.

eo ꝙ significat celeste sydus vel marinā beluā vel aīal latrabile q̄tenus verificat̄ maior sic. significat ꝙ aīal latrabile currit quaten⁹ sigt celeste sydus. sic verificat̄ minor. ⁊ sic ex diuersa acceptione isti⁹ termini canis in maiori ⁊ i minori accidit fallacia equocatiōis quo ad ignorantiā illi⁹ multiplicitatis. penes secundū modū fiunt tales ꝑlogismi. Quicqd currit habet pedes. aqua currit. ergo aqua habet pedes.

¶ Solutio. hic ē equiuocatio i hoc qđ dico currit. eo ꝙ sigt proprie vl̄ i proprie. quaten⁹ significat ꝓprie sic maior ē vera quaten⁹ sigt improprie sic minor est vera ideo hic ē fallacia in hoc qđ dico currit.

Penes tertiũ modũ fiunt tales paralogismi.

Quicunqȝ sanabat sanus ē. laborãs sanabat. ergo laborãs sanus est. ¶ Solutio. hic ē equocatio in hoc qḋ dico laborãs ex hoc qḋ pōt significare tp̄s pñs vel tēpus p̄teritũ. quaten⁹ sig̃t ꝓ illo qui fuit laborãs sic minor ē vera. quaten⁹ sig̃t ꝓ illo qui est laborãs. sic est ꝯclusio falsa. quia tunc significat ꝙ ille qui est laborans est sanus.

Dicto de equiuocatione iam dicendũ est de amphibolia.

Amphibolia est multiplicitas alicui⁹ orōnis proueniens ex diuersa rōne vel ex diuerso ordine construendi Fallacia amphibolie ē deceptio ꝓueniēs ex actuali multiplicitate alicui⁹ orōnis. Cã apparentie ē idētitas orationis secũdũ materiã ⁊ formã. Cã vero existie est diuersitas constructionis. ¶ Amphibolia dicit trib⁹ modis sicut equocatio. Primo mō qñ aliqua oratio plura sig̃t primo ⁊ principaliter penes istũ modũ fiunt p̄logismi tales. Quicq̄d ē ē pñs. dies futura ē. g̃ dies futura ē pñs. ¶ Solutio. hic est fallacia in minori eo ꝙ ly futura tenetur ante verbũ vel post verbũ. quaten⁹ a p̄te ante sic minor ē falsa. ⁊ iste ē sensus. dies futura ē modo qḋ ē falsũ. Si teneat a p̄te predicati sic minor ē vera. ⁊ iste ē sensus. aliqua dies ē futura qḋ est verũ

Penes secũdũ modũ scȝ quãdo oratio transmutatur a ꝓpria significatiōe ad īpropriã fiunt tales p̄logismi.

Quicunqȝ arat aliqḋ cōmodũ facit. ille arat litus maris. ergo ille aliqḋ cōmodum facit. ¶ Solutio. hic ē amphibolia in minore. eo ꝙ transũptiue sig̃t aliquē hominē laborare inuanum. aut ex hoc ꝙ sig̃t sicut verba p̄tendunt quantũ ad primũ modũ verificatur minor. sed iuxta secũdũ modũ falsificatur minor q̄r oratio ē circa tale ꝙ pōt arari cui⁹ nō est litus maris. Similiter. Lupus ē in fabula. g̃ de lupo fit sermo. ¶ Solutio. hic ē amphibolia ex hoc ꝙ ꝯstructio pōt sumi ꝓpria. ⁊ sic sig̃t ꝙ aliq̄s facit sermonē de lupo ⁊ īpropriе sig̃t inimicũ accedere. ¶ Seq̄tur de tertio mō qñ aliqua orō p̄ se posita solũ significat vnũ tñ ip̄a coniuncta cuȝ alia p̄ra significat. vt sic. hoc scit seculũ illa vero posita significat solũ vnuȝ scȝ seculũ habere sciam. Sed illa ꝯiuncta cũ alia p̄ra significat. vt hic licȝ dictio hoc scit seculũ demōstrando hominē p̄ ly hoc. hec oratio hȝ duplicē sensum. vnus est hoc scit seculũ. i. homo habet scientiã de seculo. et iste sensus est verus ⁊ alius sensus est ꝙ seculum habet scientiaȝ de hoc homine. ⁊ sic iste sensus est falsus.

Dicto de amphibolia iã dicendũ ē de cōpositione

Cōpositio est fallax disiungendoꝝ cōiunctio. Fallacia compositionis ē deceptio ꝓueniens ex potentiali multiplicitate alicui⁹ oratiōis cōposite ad orationē diuisã. Causa apparentie est idētitas oratiōis secundum materiã ⁊ formã intersensũ cōpositũ ⁊ sensũ diuisũ. Cã nō existie est diuersitas earundem.

Cõpositio fit duobus modis. Uno mõ quando

vnũ cõponit cũ alio a quo deberet diuidi ab eodẽ. Scdo mõ qñ plura cõponunt copulatiue q̃ deberent diuidi ab inuicem.

¶ Penes primũ modũ tales fiunt plogismi. Quicqd viuit semper ẽ iste homo viuit. ergo iste homo semp est. ¶ Solutio. hic ẽ fallacia cõpositionis ex hoc q͂ in maiori hoc verbũ semp. potest determinare hoc verbũ ẽ. ꝛ sic est oratio cõposita ꝛ falsa. ꝛ sic iste ẽ sensus. Quicqd viuit semper ẽ. vel põt determinare hoc verbũ viuit. ꝛ sic ẽ sensus diuisus ꝛ verus. ꝛ tunc iste ẽ sensus. Quicqd viuit semp est.

¶ Sequit de secũdo mõ penes quẽ tales fiunt plogismi. Aliquis hõ ẽ sortes. ꝛ aliquis hõ ẽ plato. ergo aliquis homo est sortes ꝛ plato.

¶ Solutio. hic est fallacia in illa ꝯpositione. aliqs hõ est. S. ꝛ. P. eo q͂ S. ꝛ. P. cõponunt adinuicẽ a quo deberẽt diuidi. ꝛ tũc est sensus compositus ꝛ falsus. Si diuidãtur. sic est sensus diuisus ꝛ verus ꝛ significat tunc q͂ aliqs homo est. S. ꝛ aliquis homo est plato.

Dicto de cõpositione iam dicendũ ẽ de diuisione

Et est diuisio fallax cõiungendaꝝ disiunctio. Fallacia diuisiõis ẽ deceptio ꝓueniẽs ex pꝰli multiplicitate alicuiꝰ orõnis diuise ad orationem cõpositam. Cã apparentie est idemtitas orationis diuise ad orationem cõpositã. Causa nõ existentie ẽ diuersitas earundẽ. ¶ Diuisio dicitur duobus modis. Primus modꝰ ẽ qñ aliquid diuidit ab aliquo cuȝ quo deberet cõiungi. Secundus modus est quando aliqua oratio diuidit ab inuicẽ copulatiue que deberet coniungi.

Penes primũ modũ tales fiunt paralogismi

Quecunq͡ȝ feci seruum meũ entẽ liberũ ipe liber est. sed te feci seruuȝ meum entem liberum. ergo tu liber es. ¶ Solutio. minor ẽ distinguenda secũdũ cõpositionẽ ꝛ diuisionẽ. eo q͂ hoc pticipiũ entẽ põt cõponi cũ ly seruũ. ꝛ sic ẽ oratio cõposita ꝛ vera ꝛ ẽ sensus. feci te seruũ meũ enteȝ liberũ. hoc ẽ de te seruo ente feci liberũ. Si cõstruat cũ ly liberꝫ. sic ẽ diuisa ꝛ falsa ꝛ est sensus Posui te seruũ entem liberum. hoc est de te ente libero feci seruum

Penes secundũ modũ fiunt tales paralogismi.

Quecunq͡ȝ sunt duo ꝛ tria sunt paria ꝛ imparia. sed quinq͡ȝ sũt duo ꝛ tria ergo quinq͡ȝ sunt paria ꝛ imparia.

Solutio. minoꝛ est distinguenda secundũ com=

positionem ꝛ diuisionem in sensu cõposito est vera ꝛ tunc debent ly duo ꝛ ly tria cõiuncta predicari de ly quinq͡ȝ. ꝛ ẽ sensus. qnq͡ȝ sunt duo ꝛ tria cõiũctim. in sensu diuisiõis debẽt p̃dicari de qnq͡ȝ diuisim. ꝛ ẽ falsa. ꝛ iste est sensus. qnq͡ȝ sunt duo tm̃. ꝛ qnq͡ȝ sunt tria tm̃ qđ est falsum.

Et sciendū est q̄ vbicunq3 fallit cōpositio soluit diuisio ⁊ ecōtra. Et sciendū ē q̄ vbicunq3 ē aliqua determiatio īter duo verba quoꝝ vnū ē min⁹ principale ⁊ aliud magis principale si illa determinatio determinat verbū magis principale tūc ē tota ꝓpō in sensu cōposito. vt hic. q̄cquid viuit semꝑ est. Si diuidat illa determinatio a verbo principali ē sensus diuisus qđ ostendi pōt in supiori exemplo vbi tñ sunt duo verba quoꝝ vnū est principale ⁊ aliud nō principale determinatione sumpta cū vltimo verbo tunc est tota ꝓpositio sūpta in sensu cōposito. vt sic dicendo. deus desinit hic esse

Dicto de diuisione iā dicendū ē de accentu

Accentus est certa regula ad eleuandū ⁊ deprimēdū cuiuslibet orōnis ꝑticulā. ¶ Et sciendū ē q̄ triplex ē accentus. s. grauis. acut⁹. ⁊ circumflexus. ¶ Accentus grauis ē qui incipit in alto ⁊ tendit ī ymū. Accentus acutus ē qui incipit in ymo ⁊ tendit in altū. Accentus circūflex⁹ est qui incipit in ymo ⁊ tendit in altū ⁊ iteꝝ redit ī ymū. Fallacia accentus ē deceptio ꝓueniēs ex eo q̄ dictiones hñt easdē lrās ⁊ credit ꝓpt hoc habere eūdē modū ꝓnūciandi. Cā apparentie ē ydemtitas vocis sub vno accentu. Cā non exñtie ē diuersitas pronūciandi.

Ista fallacia fit tribus modis. Primus modus est

qñ aliqua dictio pōt corripi vel ꝓduci. Secūdus mod⁹ ē qñ aliq̄ dictio ꝓfert cū aspiratione vel sine. Tertius modus ē qñ aliqua dictio sumit orātiōaliter vel dictiōaliter. ¶ Juxta primū modū tales fiunt ꝑlogismi. Justum ē iustos viros pendere sed nō est iustum iustos viros pendere ergo idem est iustum ⁊ iniustum.

Solutio hic est fallacia ex hoc q̄ pendere potest

corripere mediā syllabā. ⁊ sic ē maior vera. vel pōt ꝓducere mediā syllabā. ⁊ sic minor ē vera ꝯñte exñte falso. ¶ Ad secūdū modū tales fiūt perlogismi. Quicūq3 loquit de hoīe loquit de aīali. iste loquit de omine. ergo iste loquitur de animali.

Solutio. si ly hoīe proferatur cū aspiratione sic

prima ē vera si sine sic secūda ē vera ¶ Juxta tertiū modū tales fiūt ꝑlogismi. Quicq̄d de⁹ fecit inuite. fecit ꝯtra volūtatē suā. sed frondes ⁊ folia deus fecit inuite. ergo frondes ⁊ folia deus fecit contra voluntatem suam. ¶ Solutio. hic ē fallacia eo q̄ ly in vite pōt sumi dictionaliter vel orationaliter. si dictionaliter sic. maior est vera. si orationaliter sic mior ē vera ꝯñte exñte falso. ¶ Similiter tu es qui es. sed quies ē req̄ es. ergo tu es requies. ¶ Solutio. hic ē fallacia in hac dictione sc3 q̄es eo q̄ pōt sumi dictionaliter vel orationaliter. Si orationaliter sic verificatur maior. si conditionaliter sic verificatur minor consequente existēte falso. ⁊c.

Dicto de fallacia accentus. iam dicendum est de fallacia figure dictiõis. Fallacia figure dictiõis ẽ deceptio ꝓueniẽs ex similitudine dictiõis cũ dictione. Cã apparentie ẽ similitudo dictionis cũ dictione. Cã nõ existentie est similitudo earũdem.

Ista fallacia fit tribus modis.

Primus modus est ex simili terminatione dictiõis cũ dictione. ¶ Secundus modus ẽ quando res vnius predicamẽti cõmutat͛ in rẽ alteri⁹ ꝑdicamenti. Terti⁹ modus ẽ quando cõmutat͛ quale quid in hoc aliquid. Secũdũ p͛imũ tales fiunt ꝑlogismi Musa et poeta eodẽ mõ terminant͛. sed musa est femini generis ergo ⁊ poeta. ¶ Solutio nõ requirit͛ ꝙ q̃uis sunt eiusdẽ terminatiõis ꝙ essent eiusdẽ generis. Juxta secundũ modũ tales fiunt ꝑlogismi. Quicq̃d eris es. albus eris. ergo albus es. ¶ Solutio. hic ẽ fallacia figure dictiõis eo ꝙ ly q̃cquid qđ ẽ in predicamento substãtie mutatur in albũ quod est in predicamẽto qualitat͛ ⁊ sic cõmutat͛ quid in quale.

Penes terciũ modũ tales fiunt paralogismi.

Homo est species. sortes est homo. ergo sortes ẽ species. Solutio hic ẽ fallacia eo ꝙ in prima ꝑmissa ly hõ sig̃t quale quid ⁊ in secũda hoc aliq̃d. ⁊ ideo mutat͛ quale quid in hoc aliq̃d. ¶ Notandũ ẽ ꝙ oĩe nomen cõe sig̃t quale quid. nomẽ vero ꝓpriũ vel termin⁹ discret⁹ sig̃t hoc aliq̃d. Nota ꝙ quãdo aliquis termin⁹ stat cõfuse tm̃ in añte ⁊ ĩ ꝯclusione determinate si sit respectu eiusdẽ termini est fallacia figure dictiõis. si sit respectu alterius termini nõ est fallacia figure dictionis.

Dictũ est de fallaciis in dictione. iam dicendũ est de fallacia extra dictionẽ. Et primo de fallacia accidentis. Fallacia accidentis est deceptio ꝓueniẽs ex eo ꝙ credim⁹ ꝙ illud fuerit assignatũ rei subiecte ⁊ postea accñti inesse ⁊ ecõuerso. Cã apparentie ẽ quando credim⁹ ꝙ illud fuerit assignatũ rei subiecte ⁊ postea accñti inesse. Cã nõ exñtie ẽ qñ aliq̃d dissimiliter fuerit assignatũ rei subiecte ⁊ postea accidenti inesse. ¶ Duob⁹ modis fit hic fallacia. sc3 ꝑ primã figurã ⁊ terciã. Per primã fit fallacia qñ aliq̃d primo assig̃tũ fuerit accñti inesse et postea rei subiecte. Vñ oportet tria scire q̃d ẽ attributũ quid sit accñs ⁊ quid sit res subiecta. In prima figura attributũ vel assignatũ est maior extremitas. Medi⁹ termin⁹ ẽ accñs ⁊ minor extremitas ẽ res subiecta vt p3 ꝑ versũ. Vt maior prima mediũq3 dat. ac minor ẽ sub. vt in exẽplo hic veniẽs cognoscit͛ a te. chorisc⁹ ẽ veniẽs. ergo chorisc⁹ cognoscit͛ a te. ¶ Solutio. ly veniẽs ẽ medi⁹ termin⁹ ⁊ accñs cognitũ a te ẽ maior extremitas ⁊ attributũ. ⁊ choriscus ẽ minor extremitas ⁊ res subiecta. et sic hoc attributũ cognitum a te. primo attribuitur accñti qđ est veniens ⁊ postea rei subiecte qđ ẽ choriscus. sed tamẽ dissimiliter inest. ⁊ sic ẽ

fallacia accñtis. Penes primũ modũ ad cognoscẽdũ vbi ẽ fallacia accñtis semp ẽ reduplicãda minor extremitas sup maiorẽ cũ hac dictione inquãtũ ꝛc. Et videndũ ẽ vtꝝ illa reduplicatio sit vera vel falsa. Si sit vera nõ ẽ fallacia accñtis. Si sit falsa tunc ibi est fallacia. vt in exẽplo. sortes inquãtũ ẽ hõ ẽ aial. hec ẽ vera. iõ sic arguendo. hõ ẽ aial. S. ẽ hõ. ergo sortes ẽ aial. nõ ẽ fallacia accñtis. Sed hic ẽ fallacia accñtis. Chorus cus inquãtũ est veniẽs cognoscit a te vt notũ ẽ. ꝛ iõ ẽ fallacia accidentis in primo sillogismo. Per tertiã figurã fit fallacia accñtis quãdo attributũ attribuit primo rei subiecte ꝛ in ɔñte accñti inesse. Et nota ꝙ maior extremitas ẽ attributũ ꝛ mior ẽ accidẽs ꝛ medius terminꝰ ẽ res subiecta. Unde versus. At maior terns minor ẽ ac ꝛ medius sub. ꝛc. vt in exemplo. Iste canis ẽ tuus. ꝛ iste canis est pater. ergo iste canis est pater tuus. ¶ Solutio. ly tuus ẽ attributũ. ly canis ẽ res subiecta. ꝛ ly pater ẽ accñs. In maiori attributũ attribuit rei subiecte in conclusiõe accidenti inesse. ꝛ sic est fallacia accñtis. ¶ Et sciendũ est ꝙ quãdo est variatio suppositionis ex pte alicuiꝰ termini bis sumpti in tali sillogismo. tũc est fallacia accidentis. ꝛc.

Sequitur de fallacia secundũ quid ꝛ simpliciter

Et est deceptio ꝓueniens ex oratione sumpta cũ determiatiõe ad orationẽ sumptã sine determinatiõe. Cã apparẽtie ẽ idẽtitas oratiõis secũdũ quid ad orationẽ simpliciter. Cã nõ existẽtie ẽ diuersitas earundem. Et ẽ oratio secũdũ quid orõ sumpta cũ determinatione. Et ẽ oratio sũpta simpliciter sine determinatione. ¶ Et hec fallacia fit duobus modis. Primus modus ẽ quando arguit a quo ad simpliciter. i. ab orone sumpta cũ determinatõe ad orõnẽ sumptam sine determinatione. Secundus modus fit ecõuerso. Penes primũ modũ fiunt tales sillogismi ethiops est albus secũdũ dentes. ergo ethiops est albus. ¶ Solutio in antecedente ponitur ethiops cum determinatione. ꝛ sic est oratio secundũ quid ꝛ in conclusione ponit sine determinatõe. id est simpliciter ꝛ sic arguitur a quo ad simpliciter. Secundus modus est quãdo arguitur a termino negato simpliciter ad eũdẽ negatum secũduz quid. vt sic Non est bonum ieiunare. ergo nõ est bonũ ieiunare in die veneris. Similiter nollem esse in luto. ergo nollem esse in luto ꝓ centũ marchis ꝛc. ¶ Solutio. in vtroqꝫ sillogismo arguitur a negato simpliciter ad eũdeꝫ negatũ secundũ quid. ꝛ sic est fallacia. Sciendũ est ꝙ quando fit processus a determinatione ꝙ neqꝫ ponit subiectũ neqꝫ destruit sicut ethiops ẽ albus scdm dentes vel a determinatiõe que tñ destruit suũ subiectũ sicut iste homo est mortuꝰ ad orationẽ simpliciter semp est fallacia secundũ qd ad simpliciter. Sed quãdo fit ꝓcessus a determinatiõe que ponit suũ subiectũ ad simpliciter non est fallacia. vt iste homo ẽ albus. ergo iste homo est.

Sequitur de fallacia ignorantie elenchi.

Est eni elench⁹ syllogism⁹ inferēs ꝯtrariū vel ꝯtradictoriū alicuius ꝓ
positiōis p̄negate vel p̄cōcesse. Est eni ꝯtradictio oppositio vni⁹ ⁊ eius
dē nō nois tm̄ sed rei ⁊ nois. hoc ē qꝛ nō oꝫ ꝙ ꝯtradictio sit solū secundū
nomē vt canis ⁊ nō canis. neqꝫ tm̄ scd̄m rem. vt marcus ē ⁊ tulli⁹ nō ē.
⁊ sic de alijs noīb⁹ synonimis sed secūdū rē ⁊ nomē. Vn̄ dr̄ elench⁹ ab
en qḋ ē in ⁊ in sumit̄ ꝓ ꝯtra ⁊ logos qḋ ē sermo q̄si ꝯtrarius sermo. Fal
lacia ignorātie elenchi ē deceptio ꝓueniēs ex ignorātia istoꝝ q̄tuor mē
broꝝ scd̄m ideꝫ ad idem simpliciter ⁊ in eodē tp̄e. Cā apparētie ē igno
rare ꝑlogismos q̄ fiunt ꝑ ista quattuor mēbra. Cā nō existētie ē scire qui
ꝑlogismi fiunt scd̄m ista quattuor mēbra. ¶ Iuxta pmū modū fiūt ta-
les ꝑlogismi. hoc ē duplū ad hoc scd̄m longitudinē sed nō ē duplum ad
hoc scd̄m latitudinē. ergo duplū ē nō duplū ¶ Iuxta aliud mēbrū ꝙ dr̄
ad idem fit talis ꝑlogismus. hoc ē dupluꝫ ad hoc. ⁊ hoc nō est duplū ad
hoc. ergo hoc est duplū ⁊ hoc nō est duplū ¶ Iuxta tertiū membꝝ ꝙ dr̄
simpliciter talis fit ꝑlogismus. hoc est bonū vno mō ⁊ hoc nō est bonū
alio mō. ergo bonū est nō bonū. ¶ Iuxta quartū mēbrū qḋ dr̄ in eodeꝫ
tp̄e. fit talis ꝑlogismus. Bonū est comedere carnes in die iouis. ⁊ nō in
die veneris. ergo idem est bonū ⁊ nō bonū. ¶ Dicendū est ꝙ vnusq̄sqꝫ
istorum ꝑlogismoꝝ peccat ꝯtra aliquod istoꝝ membroꝝ quattuor. ideo
est fallacia ignorantie elenchi. ⁊c.

Sequitur de fallacia petitiōis principii. Et ē falla-

cia petitiōis principij deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ idem pōt sumi ad ꝓ
batiōeꝫ suijp̄ius. Et est petitio p̄ncipij assūptio eiusdē ad ꝓbatōeꝫ sui-
ip̄ius. Cā apparentie est credere ideꝫ i diuersis. Cā nō existētie est scire
qḋ sit ideꝫ ⁊ qḋ sit diuersū. ¶ Ista fallacia fit q̄nqꝫ modis Primus mo
dus est qn̄ ideꝫ ꝓbat̄ ꝑ seipsuꝫ scd̄m rem. vt Marcus currit. ergo Tul
lius currit. Secūdus modus est qn̄ vl'e ꝓbat̄ ꝑ sua singularia. vt sic. S.
currit. P. currit. ⁊ sic de singulis. ergo oīs hō currit. Tercius modus ē
qn̄ ꝓbat̄ singulare ꝑ suū vniuersale. vt sic. oīs hō currit. sortes est hō er
go sortes currit. Quartus modus est qn̄ fit syllogismus diuisus vt tu es
sanus vel eger. sed tu nō es sanus. ergo tu es eger. Quītus modus est.
qn̄ ꝓbat̄ ꝯuertibile ꝑ suū ꝯuertibile. vt sortes ē filius platoni. ergo. p. est
similis sorti. ¶ Et sciendū ē ꝙ in vnoquoqꝫ argumēto pn̄t p̄misse dupli
citer ꝯsiderari ad ꝯclusionē inferendā vel ad ip̄am ꝓbandā. si sumantur
p̄misse quo ad ꝯclusionē ꝓbandā. sic ē fallacia petitōis principij. qꝛ oīs
ꝓbatio dꝫ eē ꝑ priora ⁊ notiora vel ad ꝯclusionē iferēdaꝫ. ⁊ sic est bonū
argumentū ⁊ nō fallacia. qꝛ ꝯclusio sequit̄ ex p̄missis. ergo ⁊c.

Sequitur de fallacia consequentis.

Fallacia consequentis ē deceptio prouenienes ex eo ꝙ credimus conse
quentiā conuerti cum nō conuertit̄. Cā apparentie ē credere ꝯn̄aꝫ con
uerti cū nō ꝯuertit̄. Cā nō existētiē ē scire q̄ ꝯn̄a ꝯuertit̄ ⁊ q̄ nō. Fallacia
ꝯn̄tis fit duobus modis. aut ex destructōe antecedētis. vt sic. nō hō cur
rit. ergo nō aīal currit. hic arguit̄ ab inferiorī ad suū sup̄ius negatione

preposita. Aut ex positiõe ꝯñtis vt hic. aīal currit. ḡ hõ currit. hic argui tur a superiori ad suū inferi⁹ affirmando. Et sciendū est ꝙ inferius di⸗ citur antecedēs ad superius ꝛ nõ ecõtra nisi raro. Inferius est qđ de paucioribus dicitur. vt homo. de paucioribus dicit̄ ꝙ animal. ꝛ superi⸗ us dicitur de pluribus ꝙ inferius dicitur. ḡ ꝛc.

Dictū est de fallacia cõsequentis. iam dicendū

est de fallacia scđm nõ cām vt cām. Fallacia scđm nõ cām vt cām ē de ceptio ꝓueniens ex eo ꝙ credimus aliquā ꝓpositionē esse cām ꝯclu/ sionis q̄ tñ nõ ē cā ꝯclusionis. Cā apparentie est credere ꝓpositionez esse cām q̄ nõ ē cā. Cā nõ existentie ē scire que ē cā ꝛ q̄ non. Unde cā est illa ꝓpositio ex qua sequitur cõclusio. Nõ cā est illa que videt̄ esse cau/ sa ꝛ nõ est cā. In illa fallacia fit tale argumentū. Aīa ꝛ vita sunt eadem mors ꝛ vita sunt ꝯtraria. sed mors est corruptio ꝛ vita ē generatio. ḡ vi/ uere ē generare ꝛ illud ē īpossibile. ḡ illud ex quo sequitur est īpossibi⸗ le scꝫ aīa ꝛ vita sunt eadē. ¶ Ad hoc dicendū est ꝙ hec ꝓpositio aīma ꝛ vita sunt eadem nõ est cā conclusiõis ꝛ tamē apparet esse cā ꝯclusio nis. ꝛ ibi est fallacia secūdū nõ cām vt cām.

Sequitur de fallacia secūdū plures interroga⸗

tiones. vt vnū facere. Et ē deceptio ꝓueniēs ex eo ꝙ credimus illā ꝓ positionē q̄ plures ē esse vnā. Cā apparentie ē credere ꝓpositionem q̄ plures ē esse vnā. Cā nõ exñtie ē scire q̄ ꝓpositio sit plures ꝛ que vna. ¶ Ista fallacia fit tribus modis. Primus modus ē qñ pl'a subijciunt̄ ꝛ vnū p̄dicat̄ ex quibus nõ fit vnum. vt sunt ne sortes ꝛ plato domi. po/ sito ꝙ vnus sit domi ꝛ alius nõ. Si dicat̄ etiā ḡ ille q̄ nõ ē domi ē domi ¶ Solutio. dicendū est ꝙ ista ꝓpositio plures ē. s. sunt ne sortes ꝛ pla/ to domi. ꝛ ad ꝓpõnem q̄ pl'es. ꝛc. plures dāde sūt rñsiones. Uñ dicēduꝫ est ꝙ vnus ē domi ꝛ alius nõ ē domi. Scđs modus ē qñ pl'a p̄dicantur ꝛ vnū subijcit̄ ex quibus fit vnū. vt hic sit ita ꝙ sortes sit grāmaticus et nõ musicus. ꝛ q̄rit̄ Est ne sortes grāmaticus ꝛ musicus. si dicat̄ ꝙ sic. ḡ ē musicus. si nõ. ḡ nõ est grāmaticus. ¶ Dicēdū ē ꝙ ista ꝓpõ ē pl'es scꝫ est ne. s. grāmaticus ꝛ musicus. ꝛ iā plures dāde sūt rñones. ¶ Uñ di⸗ cēdū ē ꝙ sortes ē grāmaticus ꝛ nõ musicus. Tercius modus ē qñ pl'a subijciunt̄ ꝛ plura p̄dicāt ex q̄bus nõ fit vnū. vt hic demõstrat⁹ duobus quoꝝ vnus ē bonus ꝛ alter nõ. ꝛ q̄rit̄ vtrū illa sūt bona vel nõ bona Si dicat̄ ꝙ bona. ḡ bonū ē nõ bonū. qđ falsū ē. si dicat̄ ꝙ nõ bona ḡ non bo/ nū est bonū. ¶ Sciendū ē ꝙ ista ꝓpõ ē plures. scꝫ ista sunt bõa vel nõ bona. ꝛ iõ plures dande sūt rñones. Uñ dicendū ē ꝙ vnū ē bonū ꝛ ali⸗ nõ bonū. ¶ Sed mõ videt̄ ꝙ ista fallacia nõ differt ab equocatõe. q: in omī ꝑlogismo equocatiõis plura īterrogant̄. vt vnū. Solutio dicēdū ē ꝙ in equiuocatione interrogantur plura de vno sub eadem voce. In illa fallacia interrogātur plura de vno sub diuersis vocibus. ꝛ ideo pꝫ ꝙ nõ superfluit vnus locus nec alius. ergo ꝛc.

¶ Incipit liber Naturarum.

Natura est duplex. scilicet natura naturans/ et natura naturata.

¶ Natura naturans est prima causa. vt deus. ¶ Natura naturata dicitur tripliciter. scilicet materia. forma et compositum ex his. Unde de natura que dicitur forma in presenti restat sermo (qui scribitur isto modo)

Natura est principium motus et quietis/ eius in quo

est primo et principaliter per se et non per accidens ¶ Istam diffinitionem ponit Philosophus et etiam Commentator. ii. physicorum. et. v. metaphysice. Et ista diffinitio intelligitur copulatiue et non copulatim. Unde natura est principium motus et quietis diuersimode. Natura est principium motus eius in quo est. quando ponitur extra locum suum naturalem. Et natura est principium quietis eius in quo est quando ponitur in loco suo naturali. Pro primo pono exemplum. Ut si terra ponatur sursum in aere et non impediatur statim descendit. et hoc naturaliter. quia forma terre est causa istius motus. Et nota quod forma terre non est grauitas. sed vocatur terrestritas ad quam sequitur grauitas. Similiter si ponatur terra in loco suo naturali quiescit et hoc naturaliter. et ideo natura terre est principium et causa quietis istius. ¶ Et nota quod duplex est moueri. scilicet per se. et per accidens. Moueri per se est a principio intrinseco. Moueri per accidens est a principio extrinseco vel ad motum alterius. vnde quando homo mouetur. mouetur per se a principio intrinseco. videlicet ab anima et anima mouetur per accidens. quia anima ad motum totius corporis mouetur. Nam primo mouetur corpus. et ex consequente mouetur anima per motum corporis. sicut Nauta primo mouet nauem et ex consequente mouetur nauta per motum nauis. Similiter caput hominis mouetur per accidens. quia per motum totius corporis mouetur.

Motus dicitur duobus modis. subitus et successiuus

Motus subitus est mutatio quedam que causatur sine resistentia reali. vt Inductio luminum. Nam corpus luminosum est inducens lumen in aliquod medium. et non inuenit resistentiam ideo subito inducit lumen suum. Sed talis motus non est proprie dictus sed mutatio quedam etc. ¶ Motus successiuus est mutatio que causatur ex certa proportione potentie ad resistentiam realem et talis motus est. motus proprie dictus Unde non potest esse motus proprie dictus nisi ibi sit successio. et non potest esse successio nisi ibi sit parcialis acquisitio. et non potest esse percialis acquisitio nisi ibi sit acquisitio partis post partem. et non potest esse acquisitio partis post partem nisi ibi sit resistentia. ergo patet quod non potest esse motus proprie dictus nisi ibi sit resistentia.

Motus a Philosopho sic diffinitur

¶ Motus est actus entis in potentia secundum quod est in potentia. etc.

¶ A Cōmentatore motus sic diffinitur Motus est acquisitio ptis post partē illius termini ad quē tendit res mota. Prima diffinitio dr̄ formalis. & secūda materialis. Per istas diffinitiones p3 q oportet q sit parcialis acquisitio & successio in motu ꝓprie dicto ¶ Duo sunt termini in motu. terminꝰ a quo. & terminus ad quē. Terminus a quo in motu est ille in quo incipit motus & pditur p motū. Terminꝰ ad quē in motu est ille ad quē terminat motus & vltimate acqritur per motū. vt si qs iret a Cantibrigia londonias. cantibrig'a est terminꝰ a q̄ lōdonias ad quē &c.

¶ Decē sunt predicamenta. sc3 substātia. qualitas Quātitas. Ubi. Relatio. Actio. Passio. Quādo. Habitus & Positio.

¶ In q̄tuor istoꝝ ꝯcedit a Phō esse motus. sc3 in substātia. qualitate quātitate & vbi. In p̄dicamēto subē due sunt spēs motus ꝯpposite. sc3 generatio & corruptio. Generatio ē mutatio de nō eē ad esse. Corruptio est trāsmutatio de esse ad nō esse. Uñ gñatio & corruptio nō sunt motus ꝓprie dicti sed motus successiui. Similit ad hoc q in aliquo p̄dicamēto sit motus ꝓprie dictus reqrit q subm̄ recipiens formā acq̄sitā p motū sit in actu de se & cōpositū ex materia & forma. sed nihil est subm̄ immediate recipiēs formā subālem acq̄sitā p motū generatiōis nisi materia prima. q̄ de se nō est in actu. nec cōposita ex materia & forma. ergo &c.

¶ Generatio est duplex. sc3 generatio scdm̄ quid & gñatio simplex. Generatio simplex ē generatio substātie. Generatio scdm̄ quid est generatio accidentis. & sic est de corruptione

In predicamento qualitatis repitur motus ꝓprie dictus que alteratio dr̄. Uñ alteratio est trāsmutatio de vna qualitate i aliā. manente eadē subā a principio vsq3 ad finem. Cuiusmodi sunt iste Calefactio. frigefactio. albefactio nigrifactio & similia. ¶ In alteratōe vera reqritur successio. qr in alteratōne est resistētia q̄ causatur ex qualitate ꝯtraria qualitati inducende.

In predicamento quantitatis repiūtur due species motus ꝓprie dicte. sc3 augmentatio & diminutio. Augmentatio est mutatio de minori quātitate ad maiorē quātitatē. Diminutio vo ē ecōtra

¶ Ad verā augmētationē tria reqrūtur. Primū est q subm̄ suscipiēs illā augmentatōnē maneat idē a principio vsq3 ad finē. Secūdū est q quelib3 pars augmētalis aucti sit aucta. Terciū est q illa augmētatio fiat p aliqd corporeū de nouo aduenies. Et si deficiat aliqua istaꝝ cōditionū nō est augmētatio ꝓprie dicta. Et sic est ecōtra de diminutione Ideo nihil augmentat nisi sit animatū. qr si inanimata augmentantur. hoc est improprie cū rarefiūt vel condēsantur ¶ Rarefactio est partiū remotio sine aliqua noui corpis acq̄sitōne. Nā rar est illud cuiꝰ partes remote iacent. vt ponit Phūs in p̄dicamēto qualitatis. ¶ Condēsatio est ptiū adinuicē ꝯstructio vel ꝯp̄ssio sine alicuꝰ noui corpis pditōne. nā dēsum est tale cuiꝰ ptes ꝓpinque iacent. vt3 in capi. p̄dica. q̄litatis

Quantitas dicitur duobus modis. scilz continua & discreta. Quātitas ꝯtinua est cuius ptes copulātur ad aliquē terminū coēm. Et tales sunt qnqꝫ (vt pꝫ in ca. de q̄ntitate) scꝫ linea. supficies. corpus. loc⁹ ꝛ tēpus. ¶ Linea est longitudo sine latitudine ꝛ ꝓfunditate cuius extrema sunt duo puncta. ¶ Supficies est longitudo ꝛ latitudo sine ꝓfunditate. cui⁹ extrema sunt due linee ꝛc̄. ¶ Corpus est quoddā longū latū ꝛ ꝓfunduꝫ cui⁹ extrema sunt due supficies. ꝛ ideo de nūero istoꝝ corpus dicit̄ solū pfectū. qꝛ sibi nō deficit aliqua dimēsio ¶ Tres sunt dimēsiones. scꝫ longitudo latitudo ꝛ ꝓfunditas. ¶ Locus ē vltia supficies corpor̄ ꝯtinent̄ locatū ꝛ imobilis.

¶ Tempus est mēsura motus scd̄m prius ꝛ posterius.

Quātitas discreta est illa: cuius ptes ad nullum terminū coēm copulant̄. ꝛ tales sunt due. scꝫ nūerus ꝛ orō. Numer⁹ ē qdā quātitas discreta resultās ex collectōne vnitatū adinuicē. Nūerus dr̄ tribus modis. scꝫ nūerus nūerans. nūerus nūerat⁹ ꝛ nūer⁹ q̄ nūeram⁹ Nūerus nūerans est aīa. Nūerus nūerat⁹ est res nūerata. Numerus quo nūeram⁹ est actus nūerandi. ¶ Orō est vox sign̄tiua ad placitū ¶ Oratio dicit̄ trib⁹ modis scꝫ orō in scripto. orō in voce. ꝛ orō ī mēte. Oratio in scripto est substātia. Orō in voce est quātitas. Orō in mente est qualitas. ¶ Tempus motus ꝛ hmōi dicūtur res successiue

Vn̄ quedā est res successiua & quedā res permanēs/ ¶ Res successiua est talis cui⁹ nō oēs ptes manēt simul in actu cū suo toto. vt dies. hora ꝛ hmōi. Nā nō quelibet pars diei manet simul ī actu cū die. nā prima hora diei existe dies est. sed scd̄a hora nō est. taliū enim successiuoꝝ est esse simul in fieri cū eisdē. vn̄ bn̄ sequtur. dies est in fieri. ꝫ dies est. ¶ Res pmanēs est illa cuius omēs ptes manēt simul in actu cū suo toto. vt homo. domus ꝛ hmōi. nam quelibet pars domus manet simul in actu cū domo. ꝛ esse taliū pmanentiū p̄supponit fieri earūdem. Vn̄ prius est dom⁹ in fieri ꝛ postea in facto est. vn̄ nō sequtur domus est in fieri. ergo domus est. sed potius sequtur oppositūꝫ. domus est in fieri. ergo domus non est.

Nota q̄ punctus est quoddā indiuisibile in linea/ ad qd̄ terminant̄ vel copulant̄ ptes linee. Pūcta extrinseca vel extrema-lia que idē sunt vocant̄ primus pūctus ꝛ vltim⁹. Pūcta intrinseca sūt oīa pūcta inter primū ꝛ vltimū. ꝛ sic est de īstī. respectu temporis

¶ Et nota q̄ non sunt plura pūcta in linea centipedali q̄ in linea pe-dali. ꝛ ideo tot sunt in minori quot sunt in maiori. quia in quacūqꝫ linea modica sunt infinita puncta. ꝛ nullū infinitū est alio maius vel minus. nec aliqua infinita aliquib⁹ infinitis sunt plura vel pauciora. ꝛ sic intelligendum est de īstībus respectu temporis

In predicamẽto vbi. reperitur motus proprie dictus que dicitur mutatio loci vel motus localis. qd idem ē. Et reperit motus in pdicamento vbi. qr res cōtenta in pdicamēto vbi acqritur p motum localē. Et repitur motus in pdicamento quātitatis. qr res ɔtenta in predicamento quātitatꝭ acqritur ꝛ deperditur p motū augmētationis vel diminutionis. Et repitur motus in pdicamento qualitatꝭ. qr res cōtenta in pdicamēto qualitatꝭ acqritur p motū alterationis. Et repitur mot⁹ in pdicamento substantie qr res ɔtenta in pdicamēto substantie acqrit vel deperditur p motū generationis vel corruptionis.

¶ Motus localis est mutatio de vno loco ad aliū eodem subiecto manente a principio vsqꝫ ad finē. ꝛ solū cōpetit corporibus. vt pꝫ p autorē pncipiorum. ca. de actione. vbi dicit sic. Solum corpus eo qꝫ de vno loco ad aliū transit. mouetur

Corpus dicitur duobus modis. scꝫ corpus simplex. ꝛ corpus mixtū.

Corpus simplex est tale qd nō cōponitur ex contrarijs elemētis. vt elementū qd soluꝫ cōponitur ex materia prima ꝛ ex forma elementari. q: materia prima est maxime simplex. qr nō componitur ex aliquo priori ¶ Vñ materia prima est illa q̄ est prima in via cōpositōis ꝛ vltima in via resolutōnis. Et est materia prima indifferens ad omēs formas in potentia suscipiendas. ꝛ nullā certam formā sibi determinat. ¶ Corpus mixtū est illud qd cōponitur ex ɔtrarijs elementis ꝛ vocat corpus elementatū. vt hō. lignū. lapis ꝛ hmōi. ¶ Aliter corpus mixtuꝫ dr duobus modis scꝫ aiatū ꝛ inaiatū Corpus aiatū est illud qd vltiate actuat p animā. Et hoc tripliciter. Vel p animā vegetatiuā. sensitiuā. ꝛ intellectiuā. Per animā vegetatiuā. vt arbor. planta. Per aīam vegetatiuā ꝛ sensitiuā. vt bos. asinus. Per animā vegetatiuā sensitiuā et intellectiuā. vt homo. ¶ Corpus inanimatū est illud qd nō actuat per animā. vt aurū. lapis ꝛ hmōi.

Adhuc corpus dicitur duobus modis. scilꝫ pfectū et impfectū.

Corpus pfectū est illud qd cōponitur ex quattuor elementis ¶ Corpus impfectū est illud quod cōponitur ex quattuor elemētis. vt puta ex duobus vel ex tribus

¶ Sex sunt differentie motus.

Sursum. deorsum. dextrorsum. sinistrorsum. ante ꝛ retro. Vñ oē corpus qd mouetur. mouet versus aliquē istarum differentiarum. Omne corp⁹ corruptibile mouet versus vnicā istarum naturaliter. ꝛ hoc est de natura elementi. ꝛ hoc est verum. tam de simplici corpore qꝫ de corpore mixto. tam d animato qꝫ de inaīato. Nam ignis q̄ est corpus maxime simplex solum naturaliter mouetur v̄sus sursum. ꝛ terra v̄sus deorsum. Et mixta inanimata mouent versus vnicā differentiā positionis. Vñ oē mixtū qd mouet. mouet ad motū elemēti dominantꝭ in ipso. Vñ mixtū ex terra

a igne. in quo dominatur ignis mouetur versus sursū. ꝛ mixtū ex terra ꝛ igne (in quo dn̄atur terra) mouetur versus deorsuꝫ. nō tn̄ mouetur ita velociter sicut pura terra p̱ se. qꝛ ignis ī illo mixto sibi ꝯtrarius nititur moueri motu ꝯtrario istius mixti. resistendo inq̄ꝫtū potest. ꝛ ista resistē tia est intrinseca. ꝛ sic de animato.

Nota ꝙ animal scd̄m ꝙ est corpus graue/mouetur v̾sus deorsum. hoc est loquēdo de natura elemētari. loquēdo tn̄ de natura sensibili. est animal mobile scd̄m oēm differentiā positiōis. ¶ Un̄ omne corpus qd̄ mouet̄. mouetur ex ꝓportione potentie ad resistentiā

Duplex est resistentia. scꝫ Intrinseca ꝛ Extrinseca.

¶ Resistentia intrinseca est illa q̄ est in re mota. ꝛ causatur ex ꝓportiōe vel cōpositione cōtrariaꝝ. ꝛ reperitur in corporibus mixtis solum. ꝛ nō in simplicibus. Un̄ si sit aliqd̄ mixtū ex terra ꝛ igne (in quo dn̄atur terra) tūc illud mixtū mouetur versus deorsuꝫ. qꝛ oē mixtū qd̄ mouet̄. mouet̄ ad motum elementi dn̄antis in ipso. ꝛ tn̄ nō mouetur ita velociter sicut pura terra p̱ se. qꝛ ignis in illo mixto (qui ꝯtrariatur terre) nitit̄ moueri motu ꝯtrario. sic resistēdo inquātū pōt. ꝛ illa vocat̄ resistētia intrinseca

¶ Resistentia extrinseca est illa q̄ est extra rem motā. ꝛ causat̄ ex difficultate diuisionis mediꝭ. vt aer aqua ꝛ hm̄oi. vt si aliquod mixtū debeat descēdere p̱ mediū aeris. densitas aerꝭ resistit sibi extrinsece. ꝛ elemētū subdn̄ans resistit intrinsece. Un̄ si mixtū moueat̄ in medio vel in plano illud mouet̄ ex ꝓportione potētie ad suā resistentiā extrinsecā ꝛ intrinsecam. sed simplex mouetur solū ex ꝓportione potentie ad resistentiam extrinsecā. qꝛ simplex nō habet resistētiā intrinsecā. Sed si imaginaret̄ aliqd̄ vacuū ꝛ mixtū moueretur in illo. tūc solū moueret̄ ex ꝓportione potentie ad suā resistentiā intrinsecā. sed simplex in vacuo moueri nō potest. eo ꝙ nullā resistentiā habet intrinsecā

Motus localis dicitur dupliciter. naturalis scilicꝫ ꝛ violentus ¶ Motus naturalis est ille qui ꝓcedit a principio rei intrinsece. natura rei inclinante. vt descensus ē motꝰ naturalis terre. ꝛ ascensus ignis. ¶ Motus violentus est ille q̄ ꝓcedit a principio rei intrinsece. natura rei nō inclinante. vt si terra ponatur versus sursum. tūc ille motus ascensiuus est violentus. Motus naturalis semp̱ intendit v̾sus finem. ita ꝙ in quolibet oti posteriori est talis motus velocior q̄ꝫ in aliquo priori illo. Sed motus violentus semp̱ remittitur versus finem ita ꝙ semp̱ fiat tardior ꝛ tardior. ita ꝙ in quolibet oti. posteriori erit tardior q̄ꝫ in aliquo priori. ꝛc̄.

Motus rectus est ille mediante quo describitur linea recta. Et talis est motus elementoꝝ existentiū extra locum suum naturalem. ¶ Motus curuus est ille. mediante quo describitur linea

curua. ꝛ talis ē motus elementoꝝ exñtiū ille mediante quo describitur linea circularis. vt motus celi. ꝛ nullus motꝰ pōt eē perpetuꝰ vel cōti- nuus nisi motus circularis. ¶ Motus reflexus ē qñ aliquis obijcit cō- tra suum obstaculū ꝛ statim repugnat contrarie.

Tria requiruntur ad vnitatem motus. scilicet vnitas motoris. vnitas mobilis. ꝛ vnitas tpis. Unitas motoris ē ꝙ idem motor maneat a principio vsqꝫ ad finē. Unitas mobilis ē ꝙ illud spaci- um maneat a principio vsqꝫ ad finē. Unitas tēporis ē ꝙ idem tps ma- neat a principio vsqꝫ ad finē. Motus reflexus nō pōt esse vnus nec con tinuus. qꝛ inter quoscunqꝫ duos motus cōtrariꝰ cadit quies media. vñ omne qd mouet successiue mouet. mouebit ꝛ mouebat. ita ꝙ nō ē dare primū. ds. motꝰ successiui nec vltimū. ¶ Ideo qcqd incipit moueri in- cipit moueri p remotionē de pñti ꝛ positionē de futuro. Et qcquid desi- nit moueri desinit moueri p remotionē de pñti ꝛ positionē de pterito. ꝛ hoc intelligit de omni motu successiuo. Ois motus successiuꝰ ē tpalis vel mēsuratꝰ a tempore. sed motꝰ subitus solū mensurat p. ds. ꝛ iō ta- lium motuū est dare primū. ꝛ s. ꝛ vltimū.

Gradus sūmus est ille gradus qui nō ē admixtus cū suo cōtrario ꝛ ē ita intensus in illa natura ꝙ nullus gradꝰ illiꝰ natu- re est ipo intēsior cōtinēs sub se oēm gradū possibilē illiꝰ nature. Unde gradus summus albedinis est ille gradus qui nullo modo ē admixtus cum suo cōtrario. hoc est cū nigredine. Nam sūmus gradus albedinis ē pura priuatio nigredinis. Nō gradus albedinis ē pura priuatio albe dinis sicut nigredo sūma que nihil habet de latitudie albedinis

Latitudo est distantia graduum per quā vnus gradus distat ab alio. vel latitudo albedinis ē tota natura albedinis cō tinens in se omnes gradus albedinis vniformiter difformiter disposi- tos scdm intēsius ꝛ remissius a nō gradu albedis ad sūmū gradū albe- dinis. ꝛ sic ē de latitudine aliarum qualitatū. Unde in omni latitudine sunt infiniti gradus sicut in omni tempore sunt infinita otia ꝛ inter quos cunqꝫ gradus cadit latitudo media sicut inter quecunqꝫ duo otia. cadit tempus medium.

Unde gradus dicūtur intensi vel remissi penes participationē cum suis cōtrarijs scdm maiꝰ ꝛ minꝰ. Ideo albedo dici- tur esse intensa eo ꝙ modicū habet de suo contrario secum admixto. ꝛ di citur remissa eo ꝙ multū habet de suo contrario. Unde si sunt duo gra dus albedinis in quanto vnus habet minus de nigredine secū admi- xta ꝙ alter. in tanto dicitur intensior. ꝛ in quāto plus habet de nigredi- ne in tanto dicitur remissior. ꝛ si nihil habeat de suo contrario dicitur in tensissimus vel summus qd idem est.

Alio modo dicuntur gradus intensi vel remissi

penes ppinquitatem vel distantiaz a nō gradu. ꝛ dicitur gradꝰ remissius eo ꝙ per paruam distantiam distat a nō gradu. ꝛ dicitur intensus eo ꝙ per magnam distantiam distat a nō gradu. Ideo si sint duo gradus intensi ille qui per minorē distantiam distat a nō gradu. dicitur remissior ꝛ ille qui per maiorē distantiā distat a nō gradu dicitur intensior. vnde q̄libet gradus qui est aliquis gradus intensior dicitur remissus ꝛ quilibet gradus qui est aliquis gradus remissior dicitur intensus. ꝛ ideo in quolibet gradu inter nō gradum ꝛ gradum summū est aliquis gradꝰ intensior ꝛ aliq̄s gradus remissior. Nullus ē gradus intrinsecus inter nō gradum ꝛ graduz quin ille est intensus ꝛ remissus. sed gradus summꝰ est intensus ꝛ nō remissus. Intendere ē per aliquā latitudinē mediam gradum pfectiorē acq̄rere. Remittere ē gradū perfectiorē mediaz per aliquam latitudinē deperdere.

Intendere ad aliquem gradum est duplex. scz inclusiue ꝛ exclusiue. Intendere ad aliquē gradum inclusiue est totā latitudinē mediam terminatā ad illam gradum acquirere ꝛ in fine intensionis sub illo gradu existere. Intendere ad aliquē gradum exclusiue ē totam latitudinem mediam terminatam ad illum gradum acquirere illum gradum nō acquirendo.

Remittere ad aliquem gradum est duplex scz inclusiue ꝛ exclusiue. Remittere ad aliquē gradū inclusiue est totam latitudinem mediam ad gradū habitum deperdere ꝛ sub illo gradu in fine remissionis existere. Remittere ad aliquem gradū exclusiue est totam latitudinem terminatam citra illum gradū perdere, ꝛ sub illo gradu in fine remissionis nō existere.

Ad non gradum remittere est totam latitudinem vsq; ad puram priuationem illius qualitatis aliquem gradum deperdere. A nō gradu intendere est a pura priuatione illius qualitatis aliquem gradum acquirere.

Intendere ad aliquem gradū siue inclusiue siue exclusiue ē dupliciter. scz vniformiter ꝛ difformiter Uniformiter intēdere est tantā latitudinem acquirere in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. Difformiter intendere est maiorem latitudinem acquirere in vna parte temporis q̄z in alia sibi equali.

Remittere ad aliquem gradum siue inclusiue siue exclusiue est dupliciter scilicet vniformiter ꝛ difformiter.
¶ Uniformiter remittere est tantam latitudinez deperdere in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. ¶ Difformiter remittere est maiorē latitudinē deperdere in vna parte temporis ꝙ in alia sibi equali.

¶ Unde si quis intendat motũ siue vniformiter siue difformiter siue remittat difformiter mouetur ꝛ nõ vniformiter. Nam q̃ vniformiter mouetur cõtinue in eodẽ gradu mouet᷑. nec acq̃rendo latitudinẽ nec deꝑdendo. Nã vniformiter mouere ẽ totum spaciũ pertrãsire in vna pte tẽporis sicut in alia sibi equali. Sed si q̃s intendat motũ suũ vel remittat acquirit latitudinẽ motus vel deꝑdit. ꝛ sic aliq̃n mouetur gradu intẽtiori ꝛ aliquando gradu remissiori. ꝙ q̃cquid intendit motũ suum vel dimittit difformiter mouetur ꝛ nõ vniformiter

Notandum est ꝙ ad hoc quod aliqua duo sint

actiua vel passiua adinuicẽ duo req̃runt᷑. Primũ est ꝙ sint similia quo ad materiã ꝛ ꝙ sint cõicantia in materia. Secũdũ ẽ ꝙ sint cõtraria quo ad formã. i. ꝙ forme eoꝝ sint cõtrarie. Unde ad actionẽ req̃ritur similitudo materiaꝝ ꝛ cõtrarietas formaꝝ. Et ad hoc ꝙ fit actio req̃rit᷑ dominium agentis supra passum. ita ꝙ patiatur ab illo agente. Unde oẽ agẽs se habet ad suũ passum in ꝓportione maioris ineq̃litatis. ꝛ req̃ritur ꝙ potentia agentis excedat resistentiã illius passi.

Proportio dicitur tribus modis scȝ proportio

maioris inequalitatis. ꝓportio minoris inequalitatis. ꝛ ꝓportio equalitatis. Proportio maioris ineq̃litatis est habitudo maioris q̃ntitatis ad minorẽ. vt quattuor ad duo. Proportio minoris inequalitatis ẽ econtra. scȝ habitudo minoris q̃ntitatis ad maiorem. vt duo ad quattuor. Proportio equalitatis est duaꝝ rerum equaliũ ad inuicem habitudo vt quattuor ad quattuor. Et solum ex proportione maioris inequalitatꝫ ꝓuenit motus ꝛ actio. ¶ Aliq̃d põt agere in aliquid dupliciter. vel ex ꝓportione totius ad totum. vel ex ꝓportione totius ad ptẽ. Agẽs agit in passum ex ꝓportione totius ad totum qñ totũ agens dñatur supra totum passũ. ꝛ sic agit maius in min⁹. ꝛ hoc ꝓprie vocat᷑ agere vel actio. Agens agit in passum ex ꝓportiõe totius ad ptẽ qñ agens nõ dñatur supra totũ passum sed supra aliquã eius ptem. ꝛ tunc est actio ex ꝓportione totius agentis ad partẽ. ꝛ hoc vocat᷑ reagere vel reactio. ꝛ talis reactio reperit᷑ inter maius ꝛ minus inter duo equalia.
¶ Similiter aliquid pati ẽ dupliciter. scd̃m totũ vel scd̃m totũ ad partem. ꝛ tunc dicitur repati. Unũ omne agens cõicans in materia cum suo passo in agendo repatit᷑. Unde ptes elementoꝝ dicunt᷑ maxime actiue ꝛ passiue. q: oĩa elementa in suis spheris sũt equalis virtutis. ꝛ iõ inter elementa in suis spheris est reactio ꝛ repassio. quia cõtinue agũt ad inuicem ꝛ patiuntur secundum partes. imediatas.

Quattuor sũt elemẽta scȝ ignis. aer. terra. ꝛ aqua.

Et quattuor sũt qualitates p̃me. scȝ caliditas. frigiditas. siccitas. ꝛ humiditas. secundũ quarum cõbinationes resultat numer⁹ elemẽtorum.

Sex sunt cõbinationes qualitatũ. Quarũ due sunt
impossibiles. ꝛ quattuor sunt possibiles. ¶ Et quot sunt qualitatũ primarũ cõbinationes possibiles. tot sunt elementa in specie. Qualitates prime sũt iste ex qb⁹ resultã[illegible] oẽs alie q̃litates. ꝛ ille nõ resultãt ex aliis

Prima ꝯbinatio est caliditas ꝛ siccitas. cui correspõ
det ignis. q꞉ ignis est calidus ꝛ siccus. in quo dominaꝭ caliditas. In oĩ ꝯbinatione vna qualitas habet se in predominio ad aliam.

¶ Secũda ꝯbinatio est caliditas ꝛ humiditas. cui corespondet aer. q̃ est calidus ꝛ humidus. in quo dominaꝭ humiditas. ¶ Tercia ꝯbinatio est frigiditas ꝛ humiditas. cui correspõdet aqua que ẽ frigida ꝛ hũida in qua dominaꝭ frigiditas ¶ Quarta ꝯbinatio est frigiditas ꝛ siccitas cui correspõdet terra. que est frigida ꝛ sicca. in qua dominatur siccitas ¶ Quinta ꝯbinatio est caliditas ꝛ frigiditas. cui correspõdet nullũ elementũ. q꞉ illa est impossibilis. quia caliditas ꝛ frigiditas sunt q̃litates contrarie. ꝛ qualitates ꝯtrarie nõ possunt esse in eodem subiecto. ꝛ hoc denominat ue ¶ Sexta cõbinatio est humiditas ꝛ siccitas. cui nõ correspondet aliquod elementũ ꝓpter causam predictã

¶ Ignis est elementũ nobilissimũ subtilissimũ pu
rissimũ rarissimũ ꝛ leuissimũ. Et ideo collocaꝭ in supremo loco regiõis elementorꝫ. scꝫ in concauo orbis lune. Et sub igne immediate est aer. ꝛ aere aq̃. ꝛ sub aq̃ terra. Que terra est elementũ grauissimũ densissimũ ꝛ vilissimũ. ꝛ ideo collocatur ĩ infimo loco omniũ elementorꝫ. Similiter Ignis est in decuplo maioris q̃ntitatis q̃ꝫ aer. ꝛ in decuplo rarior illo. Et aer est in decuplo maioris q̃ntitatis q̃ꝫ aq̃. ꝛ in decuplo rarior illa. Et aqua est in decuplo maioris q̃ntitatis q̃ꝫ terra.. ꝛ in decuplo rarior illa. Vñ elementũ in quãto est maioris quãtitatis. in tanto rarius est. ꝛ in quãto minoris quãtitatis. in tanto densius est.

Quedã sunt elementa symbola. ꝛ q̃dã dissymbola.
¶ Elementa simbola vocanꝭ illa q̃ ꝯueniũt in aliqua q̃litate prima. vt ignis ꝛ aer. aer ꝛ aqua. aqua ꝛ terra. terra ꝛ ignis. Elemẽta dissimbola sunt illa que in nulla q̃litate prima ꝯueniũt vt ignis ꝛ aqua. aer ꝛ terra. Inꝭ elemẽta simbola ẽ facilior actio q̃ꝫ iter dissimbola. vtꝫ ĩ li. de gñe.

Elementa sunt corpora homogenea ꝛ etherogenea
¶ Corpora homogenea sunt illa quorꝫ omẽs ptes sunt eiusdẽ nature ꝛ eiusdẽ denoĩationis cũ suis totis. vt ignis. q꞉ q̃libet pars ignis ẽ ignis ꝛ q̃libet pars aque est aqua. ¶ Corpora etherogenea sunt illa q̃ꝛ non parteꝭ sunt eiusdẽ nature vel eiusdẽ denoĩationis cũ suis totis. Ut homo. asinus. ꝛ huiusmodi. nam non quelibet pars hominis est homo. ꝛc̃

Qualitatũ primarũ. Quedã sunt actiue q̃dã passiue

Exemplum. Pono ꝙ a sit vna propositio significans principaliter ꝙ B est falsum. ⁊ sit. B. vna ppositio significans principaliter ꝙ. A. est falsum ⁊ sit tm̃ vnum. A. ⁊ vnũ. B. isto casu posito nõ potest poni ꝙ vtrũq; istorum est verum. sed alterũ istoꝝ est falsuȝ ⁊ nõ potest assignare causam quare. A. est falsum magis q̃ȝ. B. nec econtra. ergo isto posito oportet poni vtrũq; istorum esse falsum. ⁊ sic ex. A. sequitur. B. esse falsum ⁊ econtra. ⁊ ista. A. falsificat. B. imediate et seipsam mediate.

Propositio falsificans se immediate est propositio significans principaliter sicut est vel aliter q̃ȝ ē ⁊ pertinens ad in-

ferendam seipam fore falsam. Et ista ē duplex. quedam ē pertinēs suffi ciens. ꝛ quedā est pertinens insufficiens. ¶ Pertinens sufficiens ē ꝓ positio significans principaliter sicut ē vel aliter q̄ʒ est. ex qua sic signi ficādo imediate sequitur vel natum ē sequi illam fore falsam.

Exemplum. Signetur hec propositio hoc falsū est ꝙ hoc est verū principaliter significando ꝙ hoc ē falsum eadem demonstrata. ꝓbatur. quia sequit̄ immediate hoc esse falsum. ergo hoc est falsum. ꝛ sic ista est ꝑtinens sufficiens ad inferēdam seipam fore falsā

Pertinens insufficiens est duplex. quedam est pertinens ad inferendam seipam fore falsā: ꝛ quedaʒ pertinēs ad inferendā seipam ꝛ similiter aliā fore falsā. ¶ Pertinens insufficiēs prio modo ē ꝓpositio significās pricipaliter sicut ē ex qua sic significādo cū totaliter sic esse sicut ē ex ꝑte rei seqtur vel natū est seq seipam fore falsam. ꝛ ex hoc sicut illa significat nō sequit̄.

Exemplum. Ponatur ꝙ sit solum vnus sortes ꝛ ꝙ ille dicat solū hanc ꝓpositionē sortes dicit falsuʒ. ꝛ ꝙ illa significet principaliter ꝙ sortes dicit falsum. tūc sequitur sortes dicit falsū ꝛ soluʒ dicit istā ꝓpositionē. ergo ista ꝓpositio est falsa. ꝛ hic arguit̄ ex eadem cum solum dicit istā ꝙ ista ē falsa per casum ꝛ nō pōt poni illo casu posito quin principaliter significet sicut est. ¶ Pertinēs insufficiēs scdo modo est ꝓpositio ꝑtinens ad inferendā seipam fore falsam ꝛ aliam similiter.

Exemplum: Ponatur ꝙ ista propositio omnis ꝓpositio est falsa significet principaliter ꝙ omnis ꝓpositio est falsa. ꝛ ꝙ sint multe false ꝓpositiones tunc ex cāu cū totaliter sic esse sequit̄ ipam esse falsam. ꝛ aliā a se similiter. ꝛ ideo ē pertinens insufficiens ad inferendam seipam fore falsam ꝛ aliam similiter.

Assumptum sic probatur. Omnis propositio est falsa. ipamet ē ꝓpositio. ergo ipamet est falsa. ꝛ sic sequitur ipam fore falsam. ꝛ sequitur tunc omnis ꝓpositio est falsa. alia ab illa est ꝓpositio. ergo ꝓpositio alia ab illa est falsa. ꝛ sic sequitur aliaʒ ab illa fore falsam. ¶ Propositio nō falsificans se est ꝓpositio habens conditiōes ꝓpositionū falsificantium se ꝯditionibus ꝯtrarijs sicut sunt omnes propositiōes Ve ꝛ multe false. sicut ē de tali seʒ. hō ē asinꝰ pricipal'r signs ꝙ hō ē asinꝰ ꝛ vniuersaliter d̄ q̄cūq; propōne ipossibili Cōtra istas diuisiōes posterius obijcit̄. ꝛ ideo ꝑtransibo

Tertia diuisio est hec. ꝙ omne insolubile proue-

nit ex proprietate vocis aut ex actu nostro. aut ex mixtione actus nostri cum proprietate vocis. Proprietates vocũ sunt iste esse verũ. eẽ falsũ. esse necessariũ. esse impossibile ꝛ similia. ¶ Actus nostri sunt duplices scȝ exteriores ꝛ interiores. Exemplum primi vt scribere audire ꝛ hmōi Exemplũ secundi. vt scire quiescere cognoscere ꝛ intendere ꝛ huiusmo di. Insolubile proueniens ex mixtione actus nostri vocũ est talis vt po sito ꝙ sortes dicat hãc propositionẽ sortes dicit falsuȝ esse ꝛc.

Quarta diuisio est hec. Propositionũ alia signi ficat ꝯplexe naturaliter. ꝛ alia ꝯplexe artificialiter vel accidentaliter. ¶ Primo mõ significat propositio in anima si aliquid vel aliquis sit ibi.

Secundo modo est duplex. Nam quedam significat accidentaliter ex impositione vel ex impositionibus ꝛ quedã nõ. ¶ Propositio significans accidentaliter ex impositione vel ex im- positionibus est talis. vt si hec propositio. deus ẽ. imponat̃ ab vno ad si gnificandũ principaliter ꝙ deus est. ꝛ ab alio ad significandũ ꝙ homo est asinus. vtroꝗ modo simul sigt̃. ¶ Propositio significãs artificiali- ter vel accidentaliter nõ ex impositione est talis. vt si illa propositio. ho mo est asinus imponatur ad significandũ principaliter ꝙ deus est ꝛ ali quis ꝯcipiat istã aliter ꝙ̃ fuit imposita ad significandũ. vt si forte ꝙ ho mo est asinus. tunc illa artificialiter vel accidentaliter sic sigt̃ ꝛ nõ ex im positione nec ex impositionibus.

Modo sequuntur diffinitiones seu descriptiões propositionum quarum prima est hec.

¶ Propositio est oratio indicatiua ꝯgrua ꝛ ꝑfecta naturaliter vel ac- cidentaliter ex impositione vel ex impositionibus qua vel quibus pro positio vera nõ falsificans se ad significandum ꝯplexe vel significatiue hoc patet discurrendo ꝑ singulas propõnes.

Secunda diffinitio est hec. Propositio vera nõ falsificans se principaliter sicut est significat naturaliter aut ex imposi- tione vel impositionibus qua vel quibꝰ vltima fuit imposita ad signdũ

Tertia diffinitio est hec. propositio falsa falsifi- cans se vel nõ falsificans se principaliter aliter ꝙ̃ ẽ significatiua natura liter aut ex impositione vel ex impositionibus qua vel q̃bus vltima fuit imposita ad significãdum.

Quarta ꝛ vltima est hec. Insolubile est hec pro- positio significans principaliter sicut est vel aliter q̃ȝ est pertinẽs ad in ferendam seipsam fore falsam vel veram sicut prius.

¶ Sequūtur suppositiones. quarum prima est hec.

¶ Omnis ppositio ptinens ad inferendā seipsam fore falsam. est ppositio falsificans se. vt patz ex intentione Phi. iiij. methaphice. vbi dicit quasdā orōnes seipsas destruere. sed planū est φ ipse aliter nō intēdit p orōnem destruentē se. nisi orōnem ptinentē ad inferendā seipsam fore falsam. qd significat p illū terminū falsificans se. Et melius sonat in latina lingua nominare talem orōnem falsificantē se φ destruentē se. qa orō nec est destructiō suipsius nec alterius a se i lingua latina. Tamē in lingua greca melius sonat talem orōnē destruentē se φ falsificātē se. et iō trāslator vtitur tali termino destruēs se. vbi nos falsificās se vtimur

Secūda suppositio est hec/ Omnis ppō falsificās se est falsa. Hoc pbatur sic. Quelibet ppō falsificans se significat sicut est vel aliter q̄z est. Si aliter q̄z est. ergo falsa. ꝯsequētia pz p descriptionē terciam. si significaret sicut est. ergo ex ista cum totaliter sic esse sicut est seqtur φ ista est falsa.

Tercia suppositio est hec. Propositio verificans se/ est ppō ptinens ad inferendā seipsam fore verā. hoc patet p pbationē prime suppōnis. Nā sicut ppō ptinens ad inferendā seipsam fore falsā dicitur propositio falsificans se. sic ppositio ptinēs ad inferendā seipsam fore veram. dicitur ppositio verificans se

Quarta suppositio est hec. φ non omnis propositio verificans se est vera. Hoc pbatur sic. et pono vobis illum casum φ sunt multe ppōnes vere et multe false. Et φ illa ppō (omnis ppō est vera) significet principaliter φ oīs ppō est vera. Tūc notū est φ ista ppō est falsa p diffinitionē terciā. eo φ significet principaliter aliter q̄z est. et φ illa verificat se patet. Nam ipsa est ptinens ad inferendā seipsam fore veram. nā seqtur omnis ppō vera ipsa est ppō. ergo est vera.

Quinta suppositio est hec. φ nulla ppō est sue ptes Hoc pbatur sic p Aristo. vij. metha. versus finem. vbi dicit φ ista syllaba ba. ē littere b et a. eo φ iste littere possunt esse qn̄ nō erit ista syllaba ba. ideo iste littere nō sunt ista syllaba ba. et ꝯsimili rōne pbat φ ppō nō ē sue ptes. ¶ Sexta suppositio est hec. φ nulla ppositio vera ē ppositio falsa. nec ecōtra. hoc patet de se etc.

Septima supositio est hec. φ qualitercūqz cōcipiens ꝯcipit p ppōnem ita sibi significat. et hoc ptz p descriptionē huius termini significare. qr significare nihil aliud est. q̄z mentis cōceptū repsentare. sed qualitercūqz ꝯcipiēs ꝯcipit p ppōnē ita in ꝯceptu repsentat

Octaua suppositio est hec. φ ppositio in voce vel in scripto pp̄ter tale esse quale ex impositione vel ex impositionibus sigt

nō est vera vel falsa. hoc patet p eandē. Nam si propositio in voce vel in scripto foret vera vel falsa ꝓpter hoc ꝙ aliqs ɔcipit sic esse vel aliter esse p illā. Tūc purus latinus sciret plures ꝓpositiōes grecas q̄ sciret ꝑfectus grecus. Hoc ꝓbatur. ꝛ capiatur purus latinus q̄ p oē scriptū quod videt. ꝛ p omne ꝓlatū qđ audit. solū ɔcipit (ꝙ deus est) Capiatur ꝛ grecus q̄ ɔcipit taliter esse p ꝓpōnes qualiter ex impositiōe vel impositionibus significāt. ꝛ ponatur ꝙ iste latinus videat ꝛ audiat oēs ꝓpositiones grecas quas videt ꝛ audit iste grecus. tūc iste latinus scit oēs ꝓpōnes veras. eo ꝙ p omnes ɔsiderat sicut est. ꝛ grecus p aliquas nō sicut est vel aliter q̄ʒ est.

¶ Ex istis suppositionibus sequuntur tres conclusiones. Quarum prima est hec.

¶. Aliqua ꝓpositio que significat sicut est. est falsa. ꝓbatur sic. Aliqua ꝓpositio est principaliter significās sicut est que falsificat se. ꝛ oīs ꝓpō falsificās se est falsa. ergo ɔclusio vera. maior patet p dicta in secunda diffinitōne. ꝛ minor ex suppōne secūda. ꝛ ex ɔ̄ñte sequitur ɔclusio ꝓbāda.

Secūda ɔclusio est hec/ In aliqua ɔ̄ña bona ꝛ formali

ex vero seqtur falsum. Hoc ꝓbatur sic. In aliqua ɔ̄ña bona ꝛ formali ex vero seqtur ꝓpositio falsificās se. ꝛ q̄libet talis est falsa p suppositionē secūdā. g ꝛc. Añs ꝓbatur sic. Ista ɔ̄ña est bona ꝛ formalis. ɔ̄ñs istius ɔ̄ñtie est falsum. qđ ꝓbatur sic. Et ponatur ꝙ solū ista ɔ̄ña ē bōa. ꝛ ꝙ añs istius ɔ̄ñtie principaliter significaret ꝙ ɔ̄ñs sit falsum. eadem demōstrata. Isto posito hoc ɔ̄ñs falsificat se vt patet. nā ɔ̄ñs est ptinēs ad inferēdā seipsam fore falsam. g falsificat se. ɔ̄ña pʒ p primā suppōnē Añs ꝓbatur ex añte. cū totaliter sic esse sicut est. seqtur ꝙ illud sit verū. ꝛ oīno seqtur ɔ̄ñs fore falsum. g ɔ̄ñs est ptinens. ꝛc. ɔ̄ña patʒ ex ꝑdictis in secūda diuisione. ꝛ añs ꝓbatur q: seqtur ɔ̄ñs est falsum. ꝛ tm̄ hoc est ɔ̄ñs. ergo tm̄ hoc est falsum. Et ꝙ añs sit verū ꝓbatur sic. nam añs significat principaliter sicut est ꝛ nō falsificat se. ergo est verū. Ista ɔ̄ña ē bōa ꝛ maior patet ꝛ minor patet intuenti.

Tercia conclusio est hec/ duo contradictoria inter se

ɔtradicentia sunt simul falsa. ꝓbatur sic. Nam aliqua sunt ɔtradictoria quorū vnū significat aliter q̄ʒ est. ꝛ alterū falsificat se. ergo ɔclusio vera. ɔ̄ña patet p diffinitionē terciā ꝛ suppōnem secūdā. Et assumptū ꝓbat sic. Ista sunt duo ɔtradictoria. hoc est falsum ꝛ hoc nō est falsum. ꝛ volo ꝙ p vtrūqʒ istorū hoc demonstrat primū istorū. ꝛ ꝙ illa ꝓpositio hoc est falsum significet principaliter ꝙ hoc est falsum. ꝛ ꝙ illa ꝓpō hoc nō est falsum. significet principaliter ꝙ hoc non est falsum. tūc primū istorū est falsum. q: falsificat se. Nam seqtur hoc est falsum. ergo hoc est falsum. ꝛ secūdū est falsum q: significat aliter q̄ est

¶ Contra istas cõclusiones multipliciter arguitur
Et primo sic. Prima istarum ponit istã ppõnem neqz fore veraz neqz fore falsam. qđ est ɔtra Phm in de pđicament'. vbi dicit. Videtur aũt ois affirmatio esse vera vel falsa. Et si hoc sit verum de affirmatiuis. est verũ de negatiuis eadẽ rõne. ¶ Sed tñ in eodẽ libro dicit alicubi sic. In eo qđ res est vel nõ. est orõ vera vel falsa. sed quecũqz ppõ detur. vel est ita ex pte rei sicut ista sigt. vel nõ est. g̃ q̃cũqz ppõ detur est vera vel falsa.

Ad primũ dicendũ est sic. Phũs cũ dicit videtur zc.

Intendit ponere differentiã inter ppõnes. et incõplexa de qb⁹ ppõnes cõponũtur. differentia ergo sua est hec. qđ omne verum vel falsum est ppõ affirmatiua vel negatiua. sed nullũ incõplexũ est veruz vel falsum et sic saluatur prima ¶ Ad secũdũ dicendũ est qđ illa sic intelligitur. qđ qñ ita ẽ ex pte rei sicut ppõ principaliter significat. si nõ falsificat se. ẽ ppositõ vera. eo qđ ista significat sicut ẽ Et in eo qđ aliter est ex parte rei q̃z ppõ significat est falsa

Pro quo sciendũ est. qđ omnis ppositio significans

principaliter sicut est vel aliter q̃z est. si sit de pñti. preterito vel futuro. necessario vel đ ɔtingenti. cui⁹ veritas est dependens de pñti. est vera vel falsa. et nulla alia est vera vel falsa. Ex quo pz qđ multe sunt ppões neqz vere neqz false. cuiusmodi sunt iste (hec ppõ significat aliter q̃z est eadẽ demõstrata. et talis tu moueris cras. et similiter ois ppõ de futuro ɔtingenti. cuius veritas nõ dependet a pñti.

Adhuc contra primam arguitur sic

Ista ponit aliquã ppõnẽ fore falsã / q̃ principaliter sigt sicut est. g̃ eadẽ rõne hz ponere qđ aliqua ppõ q̃ sigt sicut ẽ. est vera. et hoc negat ista pbatio. g̃ male. ¶ Item illa ppõ asserit oẽm ppõnem falsificantẽ se fore falsam. g̃ simili rõne hz ponere oẽm ppõnem verificantẽ se fore veram quod negat prima probatio

Ad primũ argumentũ dicendũ est / qđ ɔña non valet

Quia añs est verum p tanto. qđ si ex aliqbus ppõnibus (quarum q̃libet sigt principaliter sicut est) seqtur aliqua ppõ. tũc ista sigt principaliter sicut est. sed licet ex aliqbus ppõnibus quarum aliqua sigt aliter q̃z est. et oẽs alie sicut est. et tñ quelibet ppõ signs qđ ppõ falsificans se est falsa. seqt̃ ex aliqbus ppõnibus (quarum quelibet sigt principaliter sicut est) seqtur qđ ita erit. sicut ɔclusio significat. Sed sic nõ põt de ppõne verificãte se Nam capiat propõ verificans se. et arguitur sic. Ista significat sicut est. ergo ista est vera. dato qđ ista ɔcedatur

Similiter arguitur sic ex illa parte zc.

Jlla significat aliter q̄ȝ est. ergo illa est vera. ista ꝯña est mere impossi-
bilis. nã nõ seq̄tur ꝙ ista ē vera. licet seq̄t ꝙ ista sit bona. et ipsam signi-
ficante aliter q̄ȝ est. ꝛ sic de aliis p̄cise significantibus sicut est. seq̄tur
ꝙ ista est vera. q̄ añs istaꝝ significat aliter q̄ȝ est. Ex quo sequtur vt ptȝ
ꝙ ista ꝯña est bona. Jsta ꝓpõ falsificat se. ergo ista ꝓpõ est falsa. Sed
nõ seq̄tur. hec ꝓpõ verificat se. ergo hec ꝓpõ est vera.

Cõtra secũdã ptē ꝯclusiõis scȝ secũde ptis obiicit̄ sic

¶ Jsta ꝯclusio est ꝯtra regulas Aristotelis. in p̄mo libro Prioꝝ. vbi
talibus vtitur regulis. ꝯñs est falsum ergo añs est falsum. ꝛ añs ē veꝝ.
ergo ꝛ ꝯñs. ergo nõ potest poni ꝙ aliqua sit ꝯña bona ꝛ formalis. vbi
añs est verum. ꝛ ꝯñs falsum.

Respondendũ est ꝙ intellectus Philosophi ꝓ p̄ima

regula est iste. si ꝯñs nõ significet sicut est. nec añs nec ꝯñs est ptinens
ad inferendã nõ significare sicut est. ꝗ añs nõ significat sicut est.
¶ Secunda regula sic est intelligenda. si añs significet sicut est. ꝛ nec
añs nec ꝯñs est ptinens ad inferendã seipsam non significare sicut est.
ergo añs significat sicut est

Contra vltimam conclusionem arguitur sic

¶ Jn p̄imo Posterioꝝ ꝛ in multis aliis locis. videtur ꝙ Arist᷑ innuit
ꝙ duo contradictoria non sunt simul vera ꝛ falsa. sed ista ꝯclusio ponit
ꝙ possunt. ergo ꝯclusio falsa.

Respondendũ est ꝙ intellectus Aristotelis talis est.

ꝙ nulla ꝯtradictoria inter se ꝯtradicentia. quoꝝ vtrũq̄ significat p̄inci
paliter sicut est. vel quoꝝ vtrunq̄ significat aliter q̄ȝ est. sunt simul falsa
vel vera. Et hoc ꝯtinue loq̄tur Aristoteles. dicens illud fore verum. ꝙ
significat sicut est. ꝛ illud fore falsum. qd̄ significat aliter quã est. nisi in
aliqua materia insolubiliũ. vbi intendit ꝙ falsum est tale quod signifi-
cat aliter q̄ȝ est. sed tale quod est destruens vel falsificans se. sicut patȝ
ꝑ textum Arist᷑. iiij. metha. vbi dicit. Accidit omnib⁹ talibus ꝓpõnib⁹
destruere seipsas. Ubi intendit ꝙ talis ꝓpõ que est ptinens ad inferen
dam seipsam fore falsam destruit ꝛ falsificat se. ꝛ quelibet talis est falsa
sicut declaratum est p̄ius.

His igitur intellectis ꝛc. iuxta Aristotelis sententiã

Consequens est insolubilia soluere. ꝛ inter illa p̄imo ex insolubilibus
a ꝓp̄ietate vocis generat᷑ inter insolubilia simplicia faciliorib⁹ p̄in
cipia mihi sumã. ¶ Sit igitur in scripto hec ꝓpõ (falsum est) ꝛ non sit
aliqua p̄eter illam. ꝛ significet p̄incipaliter ꝙ falsum est. ꝛ deinde p̄o
ponatur quod falsum est. Si negetur. Arguitur sic vt sequitur.

¶ Cōtra ꝓpositio vera vel ꝓpō falsa ē. sed nulla ē ꝓpō vera. ergo ꝓpositio falsa ē. Maior est manifeste vera. ꝛ minor pꝫ ꝑ casum. Quod sic ꝓbat oppositū minoris repugnat casui. ergo minor sequit ex cāu. Antecedēs ꝓbat sic. Nā si oppositū minoris nō repugnat casui ꝛ illa est possibilis: ponat tunc ꝙ oppositū minoris stet cū cāu scꝫ ꝙ ꝓpositio vera sit. Tūc arguit sic. Propositio vera ꝛ nulla nisi ista falsum ē. ergo ista ē vera. ꝛ tunc vltra. ergo ita ē sicut illa principaliter significat. ꝯña pꝫ ꝑ secūdam diffinitionē. Sed principaliter per casum illa significat ꝙ falsum ē. ergo ita ē ꝙ falsum est ꝛ nulla alia ab illa est ꝓpositio. ergo ista est falsa. ꝛ sic sequit ꝙ idem est verū ꝛ falsum qđ est impossibile. Si cōcedet ꝙ falsum est tūc sic falsū est ꝛ oīs ꝓpō est ista falsū est eadē demonstrata. ergo illa est falsa ꝛ vltra. ergo ista significat principaliter aliter ꝙ̄ est ꝛ ista pricipaliter significat ꝙ falsum est. ergo nō est ita ꝙ falsum est. cuius oppositum fuit ꝯcessum. ¶ Item tu concedis falsum scitum a te fore falsum nō sequens ex casu ꝛ ꝑ te hoc fuit falsū. ergo male respondes. Item falsum ē ꝛ illa principaliter significat ꝙ falsum est. ergo ita est principaliter sicut significat ꝛ vltra. ergo illa est vera. huic forte rñdet negādo casum ꝛ alios cōsimiles tanq̄ꝫ impossibiles.

Contra. Si tamen ista propositio foret in scripto ꝛ nulla alia ꝓpositio. adhuc possibile est ꝙ aliquis vidit illā. ꝛ similiter si multe forent ꝓpōnes cū illa ꝛ illa significat principaliter ex impositione ꝙ falsum est ꝑ quācūqꝫ ꝓpositionē ꝙ videret ꝙ falsum ē sicut fuerat instruct⁹ ꝛ ponatur ꝙ sortes videns hanc ꝓpositioneꝫ continuo corrūpatur quilibet alia ab illa. ita ꝙ nulla sit preter istaꝫ. hoc posito sortes ꝯcipit ꝑ illam ꝓpositionē ꝙ falsum est. ergo ita sibi sic significat ꝙ falsum est. cōsequentia patet ꝑ septimā suppositionē ꝛ nulli alij a sorte sic significat. ergo solum sortes sic significat ꝙ falsum est ꝛ sic imponitur vltimo ad significandū. ergo illa principaliter significat ꝙ falsum ē ꝛ tm̄ illa ē. ergo totus casus ē impossibilis. Itē ad hoc ꝙ tm̄ sit illa ꝓpositio potest significare principaliter minus ex impositione vel magis simpliciter. ergo ex impositione potest significare ꝙ sit principaliter.

¶ Item illa ꝓpositio deus est. pōt sig̃re principaliter ꝙ deus est. cum hoc ꝙ tm̄ ista sit ꝛ similiter hec ꝓpositio. homo est asinus. pōt principaliter sig̃re ꝙ homo est asinus. cū hoc ꝙ tm̄ ista sit sꝫ nulla tm̄ pōt assig̃re causa quare vna illarum possit sic principaliter sig̃re. ita ꝙ tātūmodo illa foret cum eadem cā vel cōsimili posset illa ꝓpositio falsum est. principaliter sig̃re ꝙ falsum ē cū hoc ꝙ tm̄ illa foret. ergo si talis casus esset possibilis scꝫ ꝙ ista ꝓpositio falsū est. sig̃t precise ꝙ falsum est cū hoc ꝙ tm̄ illa sit. Sed hic fingitur vna cā ꝛ dicatur ꝙ licet talis ꝓpositio. de⁹ est. foret ꝛ nulla alia. ꝛ illa principaliter sig̃t ꝙ deus est ex isto nō sequit aliqđ impossibile sed vt patebit posterius ista cā nō est nisi illoꝝ qui nesciunt aliter respondere ad insolubilia nisi possibile foret impossibile sustinere.

¶ Rñdeatur/admittendo casum. Et qñ pponatur
ꝙ falsum est. ꝯcedatur. similiter ꝯcedatur ꝙ ista est falsa. ꝛ negetur ista
ꝯña. principaliter significat aliter q̄ȝ est. ergo ꝛc. qꝛ oportet addere in añte
ꝙ ista nō falsificat se. ꝛ hoc falsum est. Nam seqtur falsuȝ est. ꝛ hec ppō
est oīs ppositio. demōstrando falsum est. ergo hec est falsa. ꝛ sic illa est
ptinens ad inferendā seipsam fore falsaȝ. ꝛ vltra. ergo ista est falsa. ꝯña
patet p secūdā supponem. ¶ Ad secundū argumentū negetꝛ ꝯña ꝛ añs
similiter. nam ꝯña nō valet eo ꝙ bñ rñdendo in aliquo casu pꝰli posito.
ꝯñs est falsum. scitū esse falsum. ꝛ est impossibile scitū fore falsum. vt si
poneretur ꝙ hec ppō (Deus est) significaret precise ꝙ hō est asinus. ꝛ
hoc bñ scias. adhuc ista foret ꝯcedenda. deus est. ꝛ tñ est falsa ꝛ impꝰlis
Et similiter est neganda. nā ꝙ falsuȝ est seqtur ex casu. vt pȝ. nā cū casu
stare nō pōt ꝙ ista sit vera. ꝛ ex casu seqtur ꝙ ista ppō de pñti sit sigñs
sicut est vel aliter q̄ȝ est. ergo seqtur ex casu ꝙ ista ppō sit falsa

¶ Ad terciū ꝯcedatur prima ꝯña scȝ ꝙ falsum est. ꝛ principaliter sigt
ꝙ falsum est. ergo ita est. ꝛc. sed negetur illa ꝯña qñ ꝯcluditur. ergo ē vera
eo ꝙ aliqua ppō falsa significat sicut est vt patet p primā ꝯclusionē. vt
est de ppōne verificante se. ꝛ sic est in pposito. sicut prius declaratū est

Contra istū modū soluendi insolubilia arguitur sic

¶ Aristoteles. ii. elenchoꝝ. ca. ii. ō solutione paralogismoꝝ. scdm quid
ꝛ simpliciter. soluit insolubilia p istam fallaciā scdm quid ꝛ simpliciter.
sed ista solutio nō sic facit. ergo peccat ꝯtra solutionē Aristotelis. ꝛ per
ꝯñs nō valet ista solutio. ¶ Dico si fiat talis ꝯña. hec ppositō significat
principaliter sicut est. ergo est vera. est fallacia scdm quid ꝛ simpliciter
eo ꝙ ꝯñs significat duo. nam ad hoc ꝙ ppō sit vera reqritur ꝙ sigt prin
cipaliter sicut est. cū hoc ꝙ nō falsificat se. sed añs in ꝯña solū ponit ꝯñs
scdm vnā partē sui significati. ꝛ nō scdm totum significatū. ꝛ ideo a tali
añte ad tale ꝯñs est fallacia scdm quid ꝛ simpliciter.

Contra si sic Arguitur. Iste homo est albus scdm

dentes. ergo iste hō est albus. Et iste est intellectus Aristotelis ibidē.
vt pȝ p eum vbi soluit paralogismū fundatū sup talem casum. ponens
ꝙ Sortes iuret seipsū esse piurū (dicens) Nam q̄ iurat se esse piuratū
bene iurat piurans hoc solum. dum autem piurat non.) Ex quo textu
plane patet ꝙ ista ppō. scȝ Sortes iurat seipsum esse piuratū. est falsa.
Nam si illa esset vera. ꝛ solū iurat hoc. tūc solū iuret verum. ꝛ p ꝯñs nō
esset piurus. in hoc ꝙ textus dicit. bene iurat. eo ꝙ iurat ppositionem
sicut est significantē. Et per hoc textus apponit vnam negationē in fine
intelligere pponit. ꝙ nō iurat ppositionē veram. ita ꝙ ista cōsequētia
sit fallacia scdm quid ꝛ simpliciter. Iste iurat ppositōneȝ principaliter
significantem sicut est. ergo iurat verum ꝛc.

Item patet p textū paulopost sequentē qui talis est

Nihil ꝓhibet aūt eūdē vel simpliciter mendacē esse/ quo aūt verū ⁊ est veꝝ aliquid verum autē non ⁊c.

Ubi intendit paralogismū fundatū sup casum. Ponatur ꝙ Sortes sic dicat. Sortes est mendax. ex quo textu sequitur ꝙ nō est incōueniens simul esse mendacē. ⁊ dicere ꝓpōnē principaliter significantē sicut est. ğ dicit veꝝ. sed est fallacia scđm quid ⁊ simpliciter. sicut prius declaratū ē

Aliud sophisma ponatur ꝙ ista propositio sit/

Nullū verū est) ⁊ nulla alia. ⁊ ꝙ significet principaliter ꝙ nullū veꝝ est Si negeť vł dubiteť ꝯtra. Nulla ꝓpō q̄ nō ē ista ē vera ⁊ ista nō ē vera. ergo nullū veꝝ est. Maior patet ꝑ casum. ⁊ Minor est sequens ex casu qđ ꝓbať sic. oppositū minorꝭ ē repūgns casui. ğ minor ē sequens ex casu quod ꝓbatur sic. Nam si nō sit repugnās casui. ⁊ cum illa sit possibilis ponatur ꝙ illa sit sicut illa significat principaliter. Et arguiť sic. hoc est veꝝ. nullū veꝝ est. ergo ita est sicut illa principaliter significat. ꝯña patꝫ ꝑ diōnē secundā. ⁊ illa principaliter significat ꝙ nullū veꝝ est. ꝑ casum ergo ita est ꝙ nullū veꝝ est ex quo sequitur ꝙ ista nō est vera. Si ꝯcedať ꝙ nullū veꝝ est. ⁊ ita est ꝙ nullū veꝝ est. ergo ista est vera. Et vltra sic. ergo aliquod veꝝ est. quod est oppositū concessi. ⁊c.

Solutio. Concedendū est ꝙ nullum verum est; ⁊ ꝙ

Ista principaliter significet sic. etiā neganda est ꝯña. ergo ista est vera. eo ꝙ falsificat se. qꝛ est ꝑtinens ad inferendā seipsam fore falsam. Nam sequitur. nullū veꝝ est. ⁊ ista ꝓpō significat sicut est. vel aliter ꝙ̄ est. ğ ista est falsa. Et ponatur ꝙ A ⁊ B sint due ꝓpōnes. quarū A sit vera. ⁊ B ista (Omne veꝝ est A) que principaliter significet ꝙ omne veꝝ est A

¶ Si negetur vel dubitetur. Contra. A est veꝝ. ⁊ nulla est ꝓpō alia ab ista. ergo omne veꝝ est A. Maior patet ꝑ casuꝫ. ⁊ minor est sequens ex casu. Qđ ꝓbatur sic. oppositū minoris est possibilis ꝓpō. ⁊ si poneret cum casu sequereteť oppositū casus. ğ sequitur minor ex casu. Assumptū ꝓbatur sic. ⁊ ponatur oppositū minoris cum casu ¶ Et tūc arguitur sic B est vera. ⁊ aliqua est ꝓpō alia ab illa nisi B. ergo b est vera. Aliqua est ꝓpō vera alia ab ista. sed B principaliter significat ꝙ oē veꝝ est A ergo ita est. Sed nullum B est A. nec A est B. ergo b nō est verum. et per consequēs nulla ꝓpō alia ab a est vera. qđ est vna particula casus

Si concedetur ꝙ omne verum est A Contra

Si omne veꝝ sit A. ⁊ b non est a. ⁊ b est. ergo b nō est vera. Patet ꝯña ⁊ minor est ꝯcedenda. ⁊ maior est posita. ergo ꝯña est ꝯcedenda. Et tūc vltra. B non est veꝝ. ⁊ b est ꝓpositio de p̄senti. significans sicut est. vel aliter ꝙ̄ est. ergo b est falsa. Et vltra. ergo non est ita ꝙ omne veꝝ est A cuius oppositum fuit concessum ⁊c.

Solutio. Concedendū est q Omne verum est A
t q B est falsum. Et neganda est ꝯsequentia. ergo b significat aliter q̄ʒ est. sed oportet addere q B non falsificat se. sed hoc est falsum. quia in opposito b. falsificat se. vt satis patet de se

¶ Item ponatur q sint tantū iste tres ꝓpositiones
Deus est. que est vera) t homo est animal. que est vera) t quelibet propositio vniuersalis sit dissimilis istis. q principaliter significet q q̄libet ꝓpositio vniuersalis sit dissimilis istis. t demonstrando ꝑ ly istis. duas primas ꝓpositiones. Deinde ꝓponatur quelibet ꝓpositio vniuersalis est dissimilis istis. Si negetur vel dubitetur. ¶ Contra. t arguitur sic. Ista est dissimilis istis. t ista est quelibet ꝓpositio vniuersalis. ergo tc Maior patet de se. t minor etiam ꝓbatur. Nā illa est falsa (demōstrata eadem vniuersali) t ista est dissimilis istis (illis demonstratis (ergo tc. Consequētia patet ex modo loquendi. t antecedēs ꝓbatur sic. Ista falsificat se. ergo est falsa. ꝯsequentia patet ꝑ suppositionē ʒ secundā. Añs ꝓbatur sic. Ista ē dissimilis istis. t iste sunt vere. ergo ista ē falsa

Si concedatur tunc arguitur sic Contra
Quelibet ꝓpositio vniuersalis ē dissimilis istis. t ista principaliter sic significat. ergo ista principaliter significat sicut est. Et vltra. ergo ista ē vera. t iste sunt vere. ergo ista ē similis istis. ꝗ ista nō ē dissimilis istis t ista ē quelibet ꝓpositio vniuersalis. ergo nulla ꝓpositio vniuersalis ē dissimilis istis. cuius oppositum ē concessum

Solutio. Concedendū est q quelibet ꝓpositio tc.
t ꝯcedatur q ista sic significat. t principaliter sicut ē significat. sed nō sequitur. ergo ē vera. eo q falsificat se. vt patet intuenti.

¶ De copulatiuis sit hoc sophisma.
Hec copulatiua (Deus est. t hec copulatiua ē falsa.) t significet precise sicut termini pretēdūt. q deus ē. t hec copulatiua ē falsa. t prima pars significat q de⁹ ē. t secūda q illa copulatiua ē falsa. t q ꝑ hoc ꝓnomē istud. demōstrat̃ tota copu. Deinde ꝓponat̃ ista copu. Si ꝯcedat̃. tūc sic Deus est. t ista copulatiua ē falsa. ꝗ ista copu. est falsa. Et vltra ꝗ ista copulatiua significat aliter q̄ʒ ē. ergo nō ē ita q deus ē. t ista copulatia ē falsa. Si negetur vel dubitetur. ¶ Contra. Illa copulatiua falsificat se. ergo ē falsa. ꝯsequentia patet. t antecedens ꝓbatur sic. nam sequitur manifeste Deus ē. t ista copulatiua ē falsa. ergo ista copulatiua ē falsa ꝯña patet a tota copulatiua ad alterā eius partē tc.

Solutio Concedatur ista copulatiua. t cōcedatur
q ista ē falsa. t negetur ꝯsequētia. ergo significat aliter q̄ʒ ē. sicut prius quia falsificat se. tc. ¶ Sequitur de disiunctiuis Sophisma

De disiunctiuis ponatur ista disiunctiua.
Homo ē asinus. vel nulla disiunctiua est vera ꝛ ꝙ principaliter significet sicut termini ꝑtendunt ꝛ nō sit alia disiunctiua ab ista. ¶ Dicēdū est ꝙ ista disiunctiua est falsa q: falsificat se. dꝫ tamē cōcedi eo ꝙ significat sicut est. ꝛ tūc negetᷣ ꝯña. ꝗ ista ē vera sicut prius declaratum est

De exclusiuis ponatur ꝙ A sit ista ꝑpositio. deus est. ꝛ. B. ista. tm̄. A. est verū ꝛ iam sit alia ꝑpositio ab istis ꝛ significet. B. principaliter ꝙ tm̄. A. est verum. Isto posito ꝯcedendū est ꝙ tm̄ A. ē verū ꝛ ꝯcedendum ē ꝙ illa exclusiua ē falsa. quia falsificat se eo ꝙ hec ꝑpositio sigt principaliter sicut ē. Dicendū ē ꝙ ē falsa ꝛ falsificat se

De exceptiuis ponatur ꝙ A sit ista propositio
Nulla ꝑpositio ꝑter. A. ē falsa ꝛ nō sit aliqua ꝑpositio ab. A. ꝛ sit tātuꝫ vnum. A. ꝛ significet principaliter sicut termini ꝑtendunt etiā sic ꝯcedēdum est ꝙ. A. est falsa eo ꝙ falsificat se ꝛ hec de insolubilibꝰ a ꝑprietate vocis sufficiant.

Premissis insolubilibus que ex vocū nascuntur ꝑprietatibꝰ ꝛ solutis. Modo ꝑponimꝰ quedā soluere insolubilia que ꝯueniunt ex actibꝰ nostris. ¶ Pro quo sciendū est ꝙ in huiꝰ tractatꝰ declarabatᷣ exordio. duplices sunt actus. Quedā em̄ sunt ex quo nata sunt insolubilia ꝯuenire cū ꝑprietate vocis. quedā vero sine. Exēplū primi. vt credere imaginare. Exemplū secundi. vt audire legere.
¶ Quo ad primos actus nostros sit breue sophisma. Ponatᷣ ꝙ sit tm̄ vnus. S. ꝛ credat istā ꝑpositionē. S. decipitᷣ ꝛ nullā aliā. ꝛ significet prīcipaliter ꝙ S. decipitᷣ ꝛ ponatur ꝙ talis decipitur qui credit falsum de inde ꝑponatᷣ. S. decipitur. Si negetᷣ vel dubitetᷣ. Cōtra. oppositū eius repugnat casui. ergo ista sequitᷣ ex cāu. Aūs probatᷣ sic. si oppositū eius B. ponitᷣ. A. sequeretᷣ cum cāu eius oppositū. ꝗ illa repugnat casui. Antecedēs ꝑbatur sic. ponatᷣ tunc cū casu ꝙ. S. nō decipitur tūc. S. nō decipitᷣ ꝛ solū talis nō decipitᷣ qui nō credit falsum. ergo. S. nō credit falsū ꝛ vltra. S. nō credit falsū. ꝛ credit ꝑpositionē significantē sicut ē vel aliter ꝙ est. ꝗ credit verū ꝛ solū credit istā ꝑpositionē. S. decipitᷣ. ꝗ ista est vera. ꝛ ista principaliter sigt ꝙ. S. decipitᷣ. ꝗ ita est ꝙ. S. decipitᷣ. tūc sic. ita ē ꝙ. S. decipitᷣ. ergo. S. decipitur ꝙ est oppositum alteriꝰ ꝑpositionis posite cū cāu. Si ꝯcedetᷣ ꝙ. S. decipitur tunc sic. S. decipitᷣ ꝛ omis talis credit falsum. ergo. S. credit falsum ꝛ solum credit istam ꝑpositionē. S. decipitur. ergo ista est falsa ꝛ vltra. ergo significat aliter q̄ꝫ est ꝛ ista significet ꝙ sortes decipitur. ergo nō est ita ꝙ sortes decipitur cuiꝰ oppositum fuit excessum.

Solutio concedendū est ꝙ sortes decipitur et ꝙ ista est falsa ꝛ neganda est ꝯña. ergo sigt aliter q̄ꝫ est propositio nec ab

ipa dependens. quia aliter nō esset in ppositione vera debita relatio q̄ est adequatio signi primarij ad suum significatū vel intellectū intelligē- tem nec aliter esset ratio quare hec foret ppositio. hoc est demōstrando seipam quin per illud omnis res signs seipam esset propositio. Et vero primo modo dicto opponit falsum cōtradictorie. ⁊ vero scdo modo di- cto opponitur cōtrarie falsum qd significat cōplexe primariū significa- tum qd nō est vt tales. homo est asinus. hec propositio non est. Et vero tertio modo dicto opponit contrarie falsū carens primarie signo qd nō est ipm significans nec ab ipo dependēs sicut sunt talia. hec ppositio ē significat vel mouet ⁊ similia que materialr signt p seipis. Ex istis pz q falsū illo mō est verū tam primo modo q̄z secundo. Patet etiā q qc- quid est verū tertio modo est verū scdo modo sed nō econtra. ⁊ si ē ve- rum scdo mō tunc est verum primo mō ⁊ nō econtra. Et si ē veruz scdo modo tūc est vez primo mō. Sz si sit falsū primo mō tūc ē falsū secundo mō ⁊ tercio tn̄ impossibile est tale falsū esse. ⁊ si ē falsū scdo mō tunc est falsum tertio modo ⁊ nō econtra

Istis premissis dico q oīa cōmuniter vocata inso lubilia sunt tā vera q̄z falsa. Claudit eni ptradictionē q aliqua sit ppō insolubilis. Sed sicut illud cui9 magnitudo est de difficili noscibilis q̄z aliquis nescit soluere dr insolubilis. ⁊ specialiter ppō significās affirma- tiue vel negatiue p seipa ex cui9 veritate sequit ipam eē falsam ⁊ ecō tra. nec ē hoc sophisma hoc signū est vez. ⁊ ē vez intelligendo illū ter- minū verū trāscendēter. qz i talib9 nō ē sophisma nisi accñliter piūgant

Casus insolubilis ē casus in quo fit mentio de ali qua ppōne de se satis possibili ex quo cāu posito ⁊ admisso sequit illaz ppositionem esse falsam quolibet ei9 principali signo existenti vero.

¶ Propositio insolubilis ē ppositio de se satis possibilis de qua fit mē tio in aliquo casu. ex quo cāu posito ⁊ admisso sequit illam esse falsam. quolibet eius principali significato existente vero.

Notandū est q tales termini. iurare. concedere negare ⁊ hmōi sunt termini quoz actus qū adiungit terminis signifi- cantibus primo ⁊ principaliter transeunt ad ppōnes ⁊ nō ad significa- tū ppōnis nisi p aliquā determinationē vel modificationē ipediantur. ⁊ tunc transeūt actus eoz principaliter in significata ppositionū. Unde formaliter sequit. tu iuras vez. g iuras ppositionē verā. sed non sequit tu iuras hoc vez. demōstrādo p ly hoc significatū vez. g tu iuras propo sitiōnē verā. qz ly hoc ē quedā determinatio limitans ly vez ad signifi- catū vez ⁊ nō ad propositionē verā. patet ergo talē pñam nō valere. tu iuras hoc vez vel tu iuras vez iuras hoc. g tu iuras propōez verā. ⁊c.

¶ Notādū ē q si aliqd tale determīabile vez falsū ⁊ hmōi totalr prece dāt determināt dcm̄ propositiōis. ⁊ si totaliter subsequant determinant propositionē ⁊ nō econtra.

Ad faciendū insolubile in copulatiuis copulandū est tale. Quelibet copulatiua ē falsa. vel nulla copulatiua ē vera cum vna ꝓpōne vera vel necessaria ponēdo ꝙ illa copulatiua sit q̄libet co- copulatiua ⁊ ꝙ p̄cise ⁊ primarie significet ⁊ vtraq; ei⁹ ps. ⁊ dicat ꝙ illa copulatiua ē falsa. qꝛ vtraq; eius ps est vera ⁊ q̄ōlibet eius sig̃tū ade- quatū ē veꝝ ⁊ vltra vt in alijs. Nec valet hoc argumētū vtraq; ps hu- ius copulatiue ē vera: ⁊ illa p̄cise ex significatiōe suaꝝ ptiū sig̃t. g̃ illa co- pulatiua ē vera. sed ē falsa scd̄m q̄d ⁊ simpliciter

Ad faciendū insolubile in disiunctiuis disiungendū est tale. Quelibet disiunctiua ē falsa. vel nulla disiunctiua ē vera cū ꝓ- positione falsa vel impossibili ⁊ ponēdū est illā disiunctiuā eē q̄libet disiunctiuā ⁊ ꝙ illa ⁊ vtraq; eius ps p̄cise ⁊ primarie significet. Et re- spōdendū est hic vt in copulatiuis. Dicēdo ꝙ illa disiunctiua est falsa. ⁊ tamē quelibet eius pars principalis est vera ⁊ vltra vt in alijs. nec va- let hoc argumētū. Altera pars disiunctiue ē vera ⁊ ista disiunctiue pre- cise ⁊ primarie ex significatione suaꝝ ptiū significat. ergo illa disiuncti- ua ē vera sed est falsa scd̄m quid ⁊ simpliciter.

¶ Hic nouissima quidē insolubilia iuuenū animos nō parū incitātia mētes preparātia. ac deniq; eoꝝ memorias artificiose reformācia feliciter incipiunt

PRimo omniū petendū est. quid enim insolubi le sit. deinde quonā pacto insolubile diuidi valeat. quū he due noticie scꝫ diffinitio ⁊ diuisio ex Boecij nanq; sentē- tia ad res cognoscendas nō mediocriter conferunt. iamiam rediamus ostendendo. quid enim insolubile sit. Et dicatur ꝙ insolubile ē propo- sitio que quadā diffidentia ⁊ nō cōuenienti facilitate solui pōt. vt pꝫ de quibuscunq; insolubilib⁹ siue ea ip̄a insolubilia sint ex parte vocis siue ex parte actus nostri interioris exterioris ve siue ex mixtione actus no stri cū ꝓprietate vocis de q̄b⁹ iferi⁹ plani⁹ sanius q; dicem⁹. Proprieta tes vocū he sūt cē falsum esse īpossibile esse necessariū esse verū ⁊ his similes. Actus nostri sunt duplices scꝫ interiores vt scire cogitare ⁊ his siles. Actus exteriores. vt scribere. audire. ⁊ his actus similes.

Modo sequitur secūda pars huius opusculi in qua ostenditur insolubilis partitio que hec est. Omne insolubile aut ē proueniens ex proprietate vocis (vti hoc insolubile. omne complexum est falsum) Aut est proueniens ex nō proprietate vocis. ⁊ sic dupliciter aut est insolubile proueniens ex proprietate act⁹ nr̄i. aut ex cōmixtiōe.

Insolubile proueniens ex proprietate actus nostri adhuc est duplex. aut est prouenlens ex proprietate actus nostri interioris. vt hoc insolubile. nullum cōplexum ē cogitatum quū solū hoc complexum cogitetur. Aut est prouenlens ex proprietate actus nostri exterioris sicut hoc insolubile. nullū cōplexum est dictum a sorte quum sortes hoc solum dicat. ¶ Insolubile enim prouenlens ex cōmixtione aut est prouenlens ex cōmixtione actus nostri dūtaxat exterioris ⁊ interioris velut hoc insolubile. Nullum dictum a sorte est precogitatum a sorte aut est prouenlens ex cōmixtione actus nostri cū ꝓprietate vocis ⁊ hoc dupliciter. quia sic est prouenlens ex cōmixtione actus nostri interioris cum ꝓprietate vocis. vt hoc insolubile. Omne scitum ē falsum aut est prouenlens ex cōmixtione actus nostri exterioris cū proprietate vocis. vt hoc insolubile. Omne dictū a sorte est impossibile.
Scda diuisio hec ē. quedā ꝓpositio significat principalr sicut ē. vti hec ꝓpō. de⁹ ē. ⁊ ois vera ꝓpō. quedā ꝓpō significat aliter q̄ȝ ē. vt hec ꝓpō hō ē asin⁹. ⁊ ois ꝓpō falsa nō falsificās se. q̄dā nō significat sicut ē. principaliter sicut hec. scȝ nō significat sicut. ē quedā ꝓo n̄ significat pricipalr aliter q̄ȝ ē. vt hec ꝓpō. s. hec ꝓpō siḡt aliter q̄ȝ ē. nec vlla sibi similis.

Preterea sequitur tercia pars huius passus que de ꝓpositionū descriptōes ac suppōnes cōplectit.

Primo de descrip ion[i]b⁹. deinde de suppositionibus.

Propositionū enim descriptiones sūt quattuor

Prima hec est. Propositio ē oratio indicatiua naturaliter aut ex impositione vel impositionibus qua vel quibus vltimo fuit imposita ad significādū complexe significata. hoc pȝ discurrēdo per singulas ꝓpōnes
¶ Secunda diffinitio est hec. Propositio vera significat principaliter naturaliter sicut ꝓpositio in anima. aut artificialiter ex impositione vel impositionibus qua vel quibus sit imposita ad significandū.
¶ Tercia descriptio hec est. Propositio falsa nō falsificans se principaliter siḡt aliter q̄ȝ est naturaliter. vti propositio ī anima cōcepta. aut ex impositione vel impositionibus qua vel quib⁹ erat īposita ad siḡndū
¶ Quarta ⁊ vltima descriptio hec est. Insolubile est propositio significans principaliter sicut est vel ad quā ē pertinens ad inferendā seipsaȝ fore falsam vel veram.

Peracto de descriptiōibus que sunt. iam aliquid referendum est de suppositionibus quarū tres sunt

Prima hec est. Omnis propositio pertinēs ad inferendam seipsam fore falsā ē propositio falsificās se ⁊ propositio ꝑtinēs ad inferēdā seipsaȝ fore negatā vel negādā ↄcessā vel ↄcedēdā ē propositio negans se vel ↄcedēs se. Propō falsificās se talis ē. scȝ omnis propositio est falsa.

Propositio negans se talis est. scz ois ppō est neganda. ppō ɔcedens se talis est. scz ois ppō ē ɔcedenda. Propō impossibilitans se talis est. scz ois ppō ē impossibilis. ꝛ ita de aliis similibus. exēpla petenda sunt

Secūda suppositio est hec/ Propō falsificans se/ nō est principaliter falsa. nec principaliter significat aliter q̄ʒ est. vt pʒ ex dictis Autorꝝ vetustis insolubilibus. in sua prima dione. Ita nec ppō impossibilitās se ē simpliciter impossibilis. nec principaliter significās sicut est. nec principaliter aliter q̄ʒ est. ꝛ sic de aliis.

Tercia suppositio est hec/ Nulla ppositio est sue partes diuisim sumpte. vt patet de hac ppōne (Homo est animal) non est hec pars homo. nec hec pars animal. nec hec pars est.

Postremo sequitur quarta pars et vltima huius pcessus. In qua quidē parte nouem Sophismata colligūtur insolubilia. cū eoꝝ solutionibus. Ex qbus eni solutionibus possunt colligi solutiones ad quascūqʒ instantias factas. vel faciendas in insolubilibus. tria enim ex pte vocꝭ ꝛ tria ex pte act⁹ nostri. ꝛ tria ex cōmixtione actus nostri cū ppuetate vocis.

¶ Sophisma primum hoc est. Ponatur qꝫ omne cōplexū est impossibile. cū hoc qꝫ nō sunt plures ppōnes q̄ ista. ꝛ ppositiones cōicabiles. Quo casu admisso ꝛ pposito ɔcesso. Arguitur sic. Omne cōplexū est impossibile. hoc idē est cōplexū ꝗ hoc ē impossibile ɔña tenet. qꝛ est syllogismus in dariꝭ. Et tūc ex ɔñte. añte ꝛ ɔñte ɔcessis hoc est impossibile ꝛ vos hoc ɔceditis ergo male. pbatur ɔña ex dictꝭ Autorꝭ prima specie obligatōnis. vbi dicit. qꝫ ppter possibile positum nō est impossibile ɔcedendū

Ad hoc sophisma respōdeatur sub hac forma.

Admittendo casum. ꝛ ɔcedendo ppositū ꝛ totū argumētū syllogisticū sequēs. ꝛ negetꝛ hoc argumētū. hoc ē impossibile. ꝗ male. ɔcedeꝛ qñ sic pbaꝛ ex dictis Autoris qꝫ ppter possibile positū. ꝛc. Ad hoc ita dicēdū est. qꝫ Imp⁹le est duplex. scʒ simpliciter dictū. ꝛ imp⁹le ipossibilitās se Qua de imp⁹li distinctōe posita. dico qꝫ ppter p⁹le positū. nullo mō est impossibile simpliciter ɔcedendū. tñ non incōuenit abs me impossibile secūdo mō dictū impossibilitans se esse ɔcedendū. qꝛ tale impossibile ē possibile. Et de solo tali impossibili habetur hic instantia.

Sophisma secundum insolubile est hoc

Oē cōplexū ē negādū. ꝗ ɔcesso. hoc ē cōplexū. ꝗ hoc ē negādū. pʒ ɔña qꝛ in dariꝭ. Si detur tota ɔña. Tūc sic ex ɔñte. hoc ē negandū. ꝛ hoc ē a vobis ɔcedendū ꝗ ɔcedendū simpliciter est negandū. qd̓ est incōsonū.

Ad hoc sophisma respondeatur & concedatur argumentū syllogisticū: & negeť hoc argumentū hoc est negandū & hoc est ɔcedendū. ergo ɔcedendū simpliciter est negandū. ¶ Dicatur ꝙ dupliciter dicitur aliqđ esse negandū. scʒ simpliciter vel q: est negans se hec ꝓpositio. omne cōplexū ē negandū nō est neganda simpliciter sed ē neganda q: est negans se. & sic stat idem ɔplexum eē ɔcedendū simpliciter & negandū negans se nec sunt opposita.

Sophisma tercium insolubile hoc est Omne cōplexum est nō possibile hoc est ɔplexū. ğ hoc ē nō possibile. ɔsequentia ptʒ quia est syllogismus in darij. Ex ɔsequente sic arguit. hoc ē nō possibile. ergo male ɔceditis illud cū nihil ē ɔcedendū nisi illud qđ possibiliter sit ponendum.

Ad hoc insolubile respondeatur cōcedendo totū argumentū syllogisticū. & negando hoc argumentū. scʒ hoc est nō possibile. ğ male. ɔcedo illud. Dicēdo multipliciter ad hoc añs. hoc ē nō possibile primo sic. nō possibile pōt sumi ꝓ nō possibilitate ptiali aut incōpleta. aut intrinseca pciali cū qua nō possibilitate stat bñ possibilitas & sic nō valet vltima ɔña. q: antecedens est verum nec incōuenit tale nō possibile esse possibile & cōsequēs est falsum. vel nō possibile pōt sumi ꝓ nō possibilitate totali aut completa aut extrinseca & falsum est ꝙ cōsequens est sic nō possibile. Sed talis ꝓpositio est nō possibilis ꝙ nullus deus ē. quia nō possibilitas hoc cōplexum denominat totaliter cōplete & extrinsece. Aliter dicatur ꝙ nō possibile pōt sumi ꝓ nō possibilitate nō possibilitanti se. & sic ɔsequens ē nō possibile nec incōuenit nō possibile hoc modo sumptū a quouis ɔcedi. Aut nō possibile potest sumi ꝓ nō possibilitate simpliciter dicta. & sic nō possibile nullo modo cōcedendum est.

Sophisma quartum insolubile hoc est. Nulla ꝓpositio ē intellecta. hec ē ꝓpō. ğ hec nō ē itellecta. ɔña pʒ & si deť ɔña. Cōtra. hoc ɔñs ē ɔcessū. sed nihil ē ɔcessum qn prius erat intellectum. ğ falsum ē ꝙ hec ꝓpō nō ē intellecta. Minor ꝓbatur. q: actus ɔcedendi ꝑsupponit actū intelligendi. ¶ Ad hoc insolubile ita dicať ɔcessis maiore minore & ɔclusione ꝙ ɔñs ē intellectū intellectiōe integra. pfecta & simpliciter dicta. & hoc ɔñs nō ē intellectū nō intellectione partiali incōpleta intrinseca extremali. aut nō intellectione nō itelligēte se cū qua nō intellectione stat cōpleta pfectaqʒ intellectio.

Sophisma quintū insolubile hoc ē. Oīs ꝓpositio ē nō scita. hec ē ꝓpō. ğ hec ē nō scita. Ad hoc insolubile rñdeať vt supi⁹.

Sophisma sextū insolubile hoc est. Nullū cōplexū

est ꝑcogitatum.hoc ē complexū.ergo hoc nō est ꝑcogitatū. ¶ Ad hoc etiam insolubile respondeatur vt superius.

Sophisma septimū insolubile hoc est. Omne dictū a sorte est īpossibile.hoc cōplexum ē dictū a sorte.ergo hoc cōplexū est impossibile. Et vltra ex cōsequente hoc cōplexum est impossibile ꝙ male cōceditis illud quū propter possibile positū nullū impᵒle ē ↄcedēdū. ¶ Ad hoc eni sophisma insolubile rñdeat velut ad primū rñdebatur

Sophisma octauū insolubile hoc est. Omne intellectū a sorte est nō pᵒle.hoc idē ↄplexum ē intellectum a sorte.ꝙ hoc idem ↄplexum est nō possibile. Et ex cōsequente hoc idem ↄplexum ē nō pᵒle.ergo nō debetur concedi.⁊ ꝑ ↄñs male ↄceditis. ¶ Ad hoc insolubile sophisma.talis em̄ det rñsio qualis autē ad tertium insolubile sophisma dabatur.

Sophisma nonū insolubile hoc est. Nullū possibile vobis ꝓpositū ē ↄcedendum.hoc est pᵒle vobis ꝓpositum.ꝙ hoc nō est concedendū. Et tunc ex ↄsequente hoc nō ē concedendū.⁊ hoc ē a vobis cōcessum.ergo qḋ nō est cōcedendū est a vobis ↄcessū. ¶ Ad hoc sophisma insolubile respondeat ↄcedendo totum argumētū syllogisticū ⁊ ad reliquū argumētū qḋ capit ꝓ incōueniente. Dicatur ꝙ hec ꝓpositio scȝ ↄsequens hoc nō est ↄcedendū.est cōcedenda ꝓ quāto cō cedendū denominet totū hoc complexū scȝ hoc nō ē concedēdū ⁊ non ē concedenda pro quanto nō cōcedendū denominet partem ꝓpositionis scȝ predicatum huius cōplexi scȝ hoc nō est concedendū.⁊ sic nō incōuenit id cōplexum esse ↄcedendū ⁊ nō eē concedendū licet multū incōuenit idem cōplexum eē ↄcedendum ⁊ nō ↄcedenduȝ.pro q̄to vtrunqȝ denominet aliqḋ totum ↄplexum queadmodū patet de hoc ↄplexo hō ē asinus.qr neutꝝ hoꝝ ē pars integralis huiᵒ ꝓpōnis. nec ↄcedenduȝ nec nō ↄcedendū.ideo multū incōsonaret hoc ↄplexū.hō ē asinus ⁊ qḋuis tale ē ↄcedendū ⁊ nō ↄcedendum quū vtrūqȝ hoꝝ hoc potest denominare ↄplete hoc totū integrū ↄplexum.scȝ homo ē asinᵒ.⁊ sic ↄcedēdum ⁊ nō ↄcedendū sunt opposita qḋ nō verū ē de ↄñte huiᵒ sophismatis. ¶ Ad hec em̄ insolubilia.omis ꝓpō ē non significans sicut ē. nulla propositio sigt sicut ē.vos dicertis a propositōe negata a vobis. Omis propositio sigt aliter q̄ȝ ē ⁊ ad q̄cunqȝ alia insolubilia pñt capi solutiōes ex ꝑdictis. Uel ad ista tñ ita rñsiones dari possūt. Primo ad primū ꝙ nō signs sicut ē pōt sumi dupliciter.s.simpliciter.⁊ sic non ē ↄcedendū aliqḋ tale qḋ ē nō signs sicut ē.vel pōt sumi nō signs sicut ē pro nō significāte se nō significare sicut ē.⁊ sic nō incōuenit nō significās sicut ē a nob ↄcedi. Et sic ad scḋm sub eadē forma rñdendi dicat Ad hoc sophisma vos dicertis a propōne negata a vobis.⁊ ad scḋaȝ exponētē scȝ propō negata a vobis ē ⁊ eadē ē ↄcessa.ꝙ ⁊c̄. Dicat ꝙ propōem a nobis eē ne

gatā dupliciter ꝯtingit. aut negata ē a nobis. q: est negata a nobis ꝛ ea dem nō potest eē ꝯcessa a nobis q: a nobis. q: sic negatū ꝛ ꝯcessum sūt opposita. Sed ē negata a nobis q: est negata a se ꝛ concessa a nobis. q: a nobis. ꝛ sic nō incōuenit hāc propositiōez scꝫ propō negata a nobis ē eē negatā a se ꝙ vera ē. ꝛ eē a nobis ꝯcessam nec sunt opposita.

Ad hoc sophisma insolubile. Omnis propositio significat aliter q̄ꝫ est. hec ē propositio eadē ostensa. ḡ hec significat alit q̄ꝫ est. Et ad hoc argumentū significat aliter q̄ꝫ ē. ḡ est negandū ꝛ nō cō cedendū. Dicat ꝙ propositio significans aliter q̄ꝫ est potest sumi simpliciter sicut hec propositio. dcꝰ nō est. ꝛ sic propositio significās aliter q̄ꝫ ē simpliciter neganda. vel propositio significans aliter q̄ꝫ ē pōt sumi pro propositione significante se significare aliter q̄ꝫ ē. ꝛ sic propositionē significātē aliter q̄ꝫ ē a nobis eē ꝯcessam. minime autē inconuenit.

Omnis propositio est dubitanda. hec eadem est propositio. ergo hec ē dubitāda. Ad hoc insolubile sophisma dicatur ꝙ dupliciter ē propositio dubia aut dubitāda scꝫ simpliciter sicut hec propositio. rex sedet. aut ē propositio dubia. aut dubitāda. q: ē dubitans se Velut hec propositio. oīs propō est dubia. ꝛ hoc mō. oīs propō dubia ē concedenda nec sunt oppositi modi respondendi scꝫ dubitandum dubitans se ꝛ simpliciter concedendū.

¶ Omnis propositio ē distinguenda. hec ē propositio. ergo hec ē distinguēda. Ad hoc sophisma insolubile dicat ꝙ dupliciter dꝫ distinguēduꝫ scꝫ simplr vti hec propositio. Totꝰ sortes ē totus sortes. Aut ē propositio distinguens se sicut hec propositio. s. oīs propositio ē distinguenda. ꝛ sic distinguendum distinguens se pōt eē concedendū. nec sunt sic oppositi modi respondendi nisi sumendo vtrūq3. s. distinguendum ꝛ concedendum simpliciter

Potentia actiua est illa que eoipso ꝙ poterit in maius pōt in minus. vt si sortes possit portare centum libras pōt portare decē libras ꝛ non econtra. ¶ Potentia passiua ē illa que eoipō ꝙ pōt in minus pōt in maius. vt si sortes posset videre aliquam ptem hominis. sequitur ꝙ ipē pōt videre totuꝫ hominē sed nō ecōtra. ꝛ sic differūt

